[65] K. Coxeter Marsh. 14 1091.b 2

NICOLAI GRIMOALDI viri doctiss.

In P. V. Maronis *quatuor libros Georgicorum in oratione soluta Paraphrasis*

Oxoniæ in ædibus Christi, ornatissimæ Reginæ Virginis Bibliothecæ.

LONDINI
Excudebant Georg. *Bishop & Radulph.* Newbery.

1591.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

IN P. V. MARONIS GEORGICORVM LIB. PRIMUM N. Grimoaldi Paraphrasis.

ARGVMENTVM.

Quid, quibus auspicijs, quo pacto, quoq; labore,
Et quibus hoc armis conficiatur opus:
Quod cœlum: quibus indicijs caueatur ab imbre:
Quæ polus extincto Cæsare signa dedit.

Procœmium propositione constans & inuocatione.

Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram
Vertere, Mæcenas, vlmisq; adiungere vites
Conueniat: quæ cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori: atq; apibus quanta experientia parcis
Hinc canere incipiam.

Vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit aristæ,
Poculáq; inuentis Acheloia miscuit vuis:
Et vos agrestum præsentia numina Fauni,
Ferte simul; Satyrique pedem, Dryadésq; puellæ
Munera vestra cano. Tuq; ô, cui prima frementem
Fudit equum magno Tellus percussa tridenti,

Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci.
Ipse nemus linquens patrium, saltusq; Lycæi
Pan ouium custos (tua si tibi Maenalus cura)
Adsis, O Tegeæe fauens: oleaq; Minerua
Inuentrix: vncique puer monstrator aratri:
Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum.
Dijq; Deæq; omnes studium quibus arua tueri,
Quique nouas alitis non ullo semine fruges,
Quique satis largum cœlo demittitis imbrem.
Tuq; adeo, quem mox quæ sint habitura Deorum
Concilia, incertum est: vrbisne inuisere Cæsar,
Terrarumque velis curam, & te maximus orbis
Auctorem frugum, tempestatumque potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto:
An Deus immensi venias maris, ac tua nanta
Numina sola colant, tibi seruiat vltima Thule,
Teque sibi generum Tethys emat omnibus vndis:
Anne nouum tardis sidus te mensibus addas,
Qua locus Erigonen inter, Chelasque sequentes
Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli iusta plus parte relinquit.
Quicquid eris (nam te nec sperent tartara regem,
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,
Quamuis Elysios miretur Graecia campos,
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
Da facilem cursum atq; audacibus annue cœptis,
Ignarosque viæ mecum miseratus agrestes
Ingredere, & votis iam nunc assuesce vocari.

Paraphrasis

Paraphrasis.

Propositio quadripartita.

QVæ de Agricultura (Mecœnas opt.) in hisce quatuor ad te libris mihi commemoranda in meritem venerunt, eorum omnium & ordinem, & argumentum breuiter vt expediam, Primùm quo modò agri feti frugibus efficiantur, quodq; anni tempus solo subigendo idoneum sit, ostendam: tùm qua ratione, & quando vites vlmis alligari debeant, exponam: posteà quo pacto greges armentorum ad agri colendi negotium educare, & quam in amplificanda re pecuaria curationem adhibere oporteat, condocefaciam: postremò quàm frugaleni solertiam ipsis apibus in congregando, & custodiendo melle diuina prouidentia concesserit, explicabo.

1. De agro culto.

2. De agro arboribus consito.

3. De agro pascuo.

4. De agro herbis, floribusque vestito.

Inuocatio numinum sufficientium.

Sol.

Luna.

Bacchus.

Ceres.

Vos vniuersæ rerum naturæ ornamenta splendidissima (te Phœbe volo, & te ô Luna) quæ totius anni cursum in orbe signifero conficitis, hoc vnum oro, vt nos opibus vestris destitutos esse patiamini. Et tu Bacche, tuque Ceres, in hoc nostro negotio diuinum vestrum numen ostendite. A vobis id peto, & rogo, vt quam præter glandem inuentis frugibus, præter aquam vini emolumento tellurem angebatis, eandem quoque & posthac vestra virtute confertetis.

Fauni, Satyri.

Vos præterea Fauni syluestres, Dijque montani Satyri, in quibus auxilij plurimum semper vicinis incolis constitutum fuit, accedite, assistite, opem & operam conferte. Vósque arborum præsides, Nymphæ pulchertimæ, vehementer imploro, vt nobis, quantum dignitas vestra patitur) fitis adiumento. Id quod longè facilius impetrare debere videor (quoniam hoc loco vester cumprimis honos agitur, & recolitur beneficentia. A te quoque Neptune, qui maritimum omne regnum tenes, causa ipsa postulat, vt quæ tua gratia, sceptro percussa Terra equum ferocitate exultantem olim profudit, illam ipsam singulari quadam animi propensione iam inde prosequaris. Teque etiam atque etiam Aristæe, qui

Dryades.

Neptunus.

Aristæus.

lucos, lacúsque habitas, quique Cœam insulam & mellis abundantia, & quadrupedum multitudine locupletasti, nobis vt subsidium feras, obsecro.

Pan. Teq; Pan Arcadice, præclare pecudum pastor, libentissimè precor: vt quantumuis mons ille tuus Mænalus, fistula pastoritia multò celeberrimus, te magna voluptate permulceat: illud tamen ipsum natiuum tuum solum aliquantisper deserens, ad res nostras tuendas te totum conferas. Tuq; doctrinarum parens,

Pallas. Pallas Minerua, quæ cum Neptuno de nomine Athenis imponendo concertans, oliuam victrix è tellure, pacis indicium, eliciebas: pro rara illa, & insigni tua prudentia, agricolationem omnes in partes tibi defendendam pura. Tuq; Osyris, qui quidem aratri &

Osyris. formam excogitabas, & vsum patefaciebas, colonos, atque aratores (quoad à te fieri potest) adiuuabis.

Syluanus. Tuque Syluane, qui cyparissum radicitùs euulsam, quasi quoddam capitis insigne, circumferre soles, in rem agrestium omni cura, & cogitatione incumbas.

Inuocationis conclusio. Ad extremum, Dij, Deæque immortales omnes (siquam rerum rusticarum curam, aut rationem habetis) mirificè à vobis contendo, atque exigo, vt omnia nostra commoda, & fortunas in tutelam vestram, defensionemq; suscipere velitis. Neque verò aut te, Flora, silentio prætorire conuenit: aut eos, qui vim quandam, atque virtutem crescentibus frugibus indulgent, ità vt maturitate tempestiua floreant. Et tu nobis, Rubige, compellandus es, cum ijs,

Rubigus. qui copiosam ab æthere pluuiam sufficiunt, ne fortè sparsa semina corrumpat ærugo.

Tu autem amplissime, & inuictiss. Cæsar Auguste, quem (propter innumerabilia in mortales omnes merita) quænam, post fata, Deorum immortalium classis exceptura sit, nondum satis constat;

Augusti diuinitas.

Deorum classes.

4. Terestrium terrestrísne Deus esse velis, & in ciuitates imperium habere, ità vt immensus mundi circulus te veluti dominum frumenti, moderatoremque temporum vniuersi colat, myrtoque Cytherea coronetur caput: an

aquáti-

aquarius dici, & nuncupari cupias, ità vt naviculatores tuo solius numini iustam persoluant veneratio- 2. Maritimarum.
nem, ità vt disiunctissima quæq; regio de summis tuis laudibus non conticescat, ità demum vt Tethys, Oceani coniux, alma Nympharum parens, te sibi in generum magna dote cooptandum existimet: an potiùs numen cœleste fieri velis, teq; lunio, Iulióque, aestiuis illis mensibus (in eo, qui Virginem inter, & Libram patet, loco) quasi eximium, & diuinum quoddam lumen adiungas. Ecce autem, quemadmodum sua pro te brachia in angustiorem gyrum conducat Scorpius, & satis tibi, superque det firmamenti. Breuiter, siue terrestris Deus, siue cœlestis futurus es (quod enim ad tertium ordinem Deorum attinet, fac, vt neque subterranei te principem expectent, neque tam inexplebilis dominandi cupiditas in generosum illum animum tuum vnquam irrepsisse videatur, etiamsi Elysios campos Græci poëtæ tantam in admirationem trahant, illic vt beatos frui gaudijs confirment: etiamsi rapta eódem à Plutone Proserpina, postquàm Cereris mulctum, ac sæpè quæsita facibus fuisset, cum ea reuerti ad superas auras noluit) quicunque, inquam, futurus es, pro ea potestate, quæ tibi cum Dijs ipsis est communicata, Hisce tantis conatibus concede & progressus expeditos, & exitus optabiles. Denique tertiæ colendæ rationem ignorantibus (haud aliter, ac ipse facio) benè consulens adesto: teque agricolùm votis, quæ tibi tanquam Deo nuncupabunt, quasi perfugium, portúmque præbeas. 3. Cœlestium. 4. Infernorũ. Petitio.

Narratio quinquepartita: cuius prima pars continet præceptiones octo.

a *Vere nouo, gelidus canis cũ montibus humor*
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro,
Ingemere, & sulcus attritus splendescere vomer.

Illa seges demum votis respondet anari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit:
Illius immensæ ruperunt horrea messes.
b Ac prius ignotum ferro quàm scindimus æquor,
Ventos, & varium cœli prædiscere morem,
Cura sit, ac patrios cultus, habitusq; locorum,
Et quid quaq; ferat regio, & quid quaq; recuset.
Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ,
Arborei fœtus alibi, atq; immissa viresunt
Gramina: nonne vides, croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum?
Continuo has leges, æternaq; fœdera certis
Imposuit natura locis, quo tempore primùm
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem;
Vnde homines nati, durum genus. Ergò age, terræ
Pingue solum primis extemplo à mensibus anni
Fortes inuertant tauri, glebasq; iacentes
Pulueruleuta coquat maturis solibus æstas.
At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum
Arcturum, tenui sat erit suspendere sulco.
Illic, officiant lætis ne frugibus herbæ,
Hic, sterilem exiguus ne deserat humor arenam,
c Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem patiere situ durescere campum:
Aut ibi flaua seres, mutato sydere, farra,
Vnde prius lætum siliqua quassante legumen,
Aut tenues fœtus vicia, tristisque lupinus
Sustuleris fragiles calamos, syluamq; sonantem.
Vrit enim lini campum seges: vrit auenæ

Vrunt

Vrunt lethæo perfusa papauera somno.
Sed tamen alterno faciles labor: aridus annus
Ne saturare fimo pinguique pudeat sola, neue
Effetos cinerem immundum iactare per agros.
Sic quoq; mutatis requiescunt fœtibus arua,
Nec nulla interea est inarata gratia terræ.
Sæpè etiam steriles incendere profuit agros,
Atq; leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.
Siue inde occultas vires, & pabula terræ
Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atq; exudat inutilis humor,
Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat
Spiramenta, nouas veniat qua succus in herbas:
Seu durat magis, & venas astringit hiantes,
Ne tenues pluuiæ, rapidúe potentia solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Multum adeo, rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineasq; trahit crates, iuuat arua, neque illum
Flaua Ceres alto nequicquam spectat olympo,
Et qui, profecto quæ fuerit æquore terræ,
Rursus in obliquum verso perrumpit aratro,
Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat armis.
Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas,
Agricolæ: hyberno lætissima pulvere farra:
Lætus ager: nullo tantum se Mysia cultu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.
Quid dicam, iacto qui semine cõminus arua
Insequitur, cumulosq; ruit male pinguis arenæ,
Deinde satis fluuium inducit, riuosq; sequentes,
Et cum exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce supercilio cliuoso tramitis vndam

Elicit?

Elicit, illa eadem vanctus per lenia murmur
Saxa ciet, ſcatebriſque arentia temperat arua.
[b] Quid, quòd ne grandis procũbat culmus ariſtis
Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba,
Cùm primùm ſulcos æquant ſata? quóque paludis
Collectum humorem bibula deducit arena?
Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundat
Exit, & obducto latè tenet omnia limo,
Vnde cane tepido ſudant humore lacunæ.

Paraphraſis.

De arationis præceptum primum.

[a] Omninò, ſtatim ab anni principio, cùm ſcilicet nix è collibus excelſis, & canicie veſtitis liquata, & dilapſa diffunditur, cúmque Fauonius glebas aſtrictas gelu laxat, remiſſioréſque facit: effice, quiſquis es agricola frugi, vt, quaſi demerſo in terram aratro (nam hoc requirit pingue ſolum) laboret taurus, donec ingemiſcat, adeoque vomis, arationè vehementi, ac ſedula tritus, & verſatus, lucentem quendam aſciſcat nitorem. Profectò, fertilis ager, poſt arationem quartam ſatus (qui & veris, & æſtatis ardorem, & autumni etiam frigus, atque hiemis, ante ſationem, ſentire ſolet) tantam frugum abundantiam, copiamque producet tandem, vt ſatis aratori, quamlibet auaro, facere poſſe videatur. Et quidem, horrea naui cuiuſdam, ac diligentis operarij, qui hanc rationem, & viam obſeruauit, propter admirabilem quandam ſegetum luxuriem, non modò completa, ſed penitùs etiam diſrupta fuiſſe compertum habeo.

Incunte vere arandum eſſe, idque ſæpius.

a. Pro terrarum varietate ſementem faciendam eſſe.

[b] Verùm antea tamen quàm humum, non ſatis exploratam & cognitam, aratione inſequi voluerimus, prima cura, & prouiſio adhibenda eſt, vt diuerſas illas, ac latè patentes, & ventorum vires, & cæris conditiones plenè perſpicere, ac ſuam quandam agri cuiuſque naturam, & indolem probè perluſtratam habere poſſimus. Tenendum eſt (inquam) quid vnaquæque

quæque regio sub auras emittere, suapte natura, valeat: quid item terra, suo quæque sibi concessio genio, proferre nequeat. Videlicet, apud alios, fruges, apud alios, vuas, apud alios, fructus arborũ, feliciore proventu, crescere: &, sua sponte, pullulare herbas, nemo homo est, vel communi sensu præditus, qui non deprehendat. Videmus enim, &, non tam ratione, quàm experientia discimus, quemadmodum, mons Lydiæ Tmolus, croçum: ebur, India: Sabæi, thura: Chalybes, ferrum: Pontus, castorea, magnoperè ad medicinam conducibilia: Elis in Epeiro, equas (quæ eũdem victrices solent in Olympico certamine) peculiari quodam beneficio, nobis elargiantur. Et hanc tantam agrorum, in suo cuiusque genere, varietatem, ab eo iam tempore, Naturæ fœcunditas certis quibusdam locis, suo arbitratu, distribuit, quo Deucalion iactis lapidibus, homines (& eos quidem rigidos, atque laboriosos) vniuerso terrarum orbi restituit. Quare (vt institutum agam) si terra pinguis est aranda sub vernum tempus erit: itáque glebas inertes æstas dissoluet, atque rarefaciet. Sin autem macrum solum, & exile fuerit, sub initium autumni, vbi sol ingreditur Libram, satis erit quoque studio sulcum non ità profundum facere. Et id quidem præpingui in solo fiat, ne fortè inutiles herbæ proueniant ex vligine, & granis aliquando maturis officiant: in macilento autem, ne humus nimia quadam exiccatione in sterilitatem aliquam abducatur.

Varietatis exempla.

Fabula poetica

Epilogus.

Pinguem agrũ vere, sterilem autumno vertendum esse.

4 Prætereà post messem iam tonsa noualia permitte in annum vnum intacta quiescere, & arua aliòqui parùm fœcunda, vires pristinas cessatione colligere. Vel (si ubi vsum fuerit) eodem in loco, vbi legumina, viciam, lupinum, & id genus alia collegeras, interiecto certo temporis interuallo, frumenta serenda cures. Sin autem, quæ valdè tellurem exiçeant, & magnoperè extenuant, vt linum, auenæ, papauera: atqui his ipsis, anni spatio interposito, facilè occurri potest, si modò stercorationi diligentem nauare operam

3. De noualium cura.

Cessatio.

Mutatio seminum.

Hæc pinguefaciunt agrum.

Seminibus terram penuriosis stercoratione succurritur

ram velis. Ità (ne longum faciam) vbi semina commutantur, vbi sit vnius anni cessatio, ibi Terra fructuosissimum ostentabit, florentissimumque gremium.

4. De remedio sterilibus agris adhibendo.

Incensio.

Sæpenumerò etiam herbæ, frutices, & stipulam igne absumpsisse, ad reparandam sterilium agrorum fœcunditatem nonnihil confert. Namq; si fortè macerans est ager, incensione pinguis, atque succulentus reddetur. Sin vligino sus exist at, incensione omnis humor superfluus ac redundans, per quendam quasi sudorem extrahitur. Si verò densus, & argillosus exter, incẽsione meatus aperiuntur, lesecq; remittit crassitudo. Si demũ paucus, rarúsq; sit, disiunctæ rimæ coarctantur incensione, & ad iustã quandam soliditatẽ perducuntur. Atq; hæc omnia, ne imbres guttatim effluentes obsint hiulcis agris, néue ardor solis dulcem humorem absorbeat, néue frigorum vis, & magnitudo terram adustione nimia penetret.

5. Agros feraces curari rastris, cratibus, liratione & irrigatione.

Atque etiam qui rastris, qui cratibus terram offringere non recusat, agris plurimũ prodest, adeóq; in illum Ceres Dea frugum, ab Olympo non frustrà intuetur: sed nimirũ agricolæ tam industrij labores dextero (quantum potest) astro adiuuabit. Neque verò illi minùs propitia futura illa est, qui proscissos agros in obliquum arare denuò non dedignatur, quique tam diligentem se colonum præbet: vti terram natura non ità bonam reddat arte fructuosam.

6. De obseruanda conditione temporum

Vos verò aratores, & coloni, si frugum fœlicẽ prouentũ cupitis, nihil prius in optatis habetote, quàm æstatis mediæ humiditatem, ne fata exiccari nimio æstu possint, nihilque antiquius putatote, quàm in hyeme media restare siccitatem, ne humore nimio putrescant semina. Tum enim & frumenti maior veriórq; futura copia est, & ipsi per se agri multò fertiliores euadent. Quis, quæso, cultus est, de quo tantùm Mœsi (etiamsi sint in terra colenda diligentissimi) tantumque se Phryges iactare possint, quantum æstate australi, & hieme aquilonia gestire consueuerunt.

Quid

8 Quid ego illum prædicem, qui post sationem armorum occatione prosequitur? Quasi verò dubium sit, quin optimè de agris mereatur. Quid illum qui post ad segetes inducit aquam fugiter fluentem, id est, cùm vel solis ardore, & adustione, vel naturali sitientare terræ, langueſcit, & propemodum emoritur herbarū decus, mox è montis latere ſubducit vndam, quæ per aruina ſtra decurrens ſonorum, & iucundum ſonum excitare, ſimul & aridos agros humore, & ſucco quaſi renouare ſolet?

7. De occatione, & irrigatione agrorum.

9 Quod idem de illo exiſtimari poteſt, qui præpinguibus in agris redundantem herbam (priuſquam in culmum coacta, & quaſi pubeſcens incluſa fuerit, & ad altitudinē ſulci iam adoleuerit) abſumi ab armentis, atq; tonderi curatine tandem pro ſua maturitate ad terram vſq; pondere deferantur. Is idem videtur arua minùs bene conducere, qui perficit, aquā ſtagnantem vt arena bibat, maximè ſi temporibus illis, quæ modò pluuioſa, modò ſerena ſunt (hoc eſt) vere, & autumno amnis prorupit, & occupauerit omnem campum, circumfuſo limo, à quo ſolæ inutili pluuia repletæ deteriorantur, atque deſtituant.

8. Quibus modis segetum luxuria ſit coercenda. Depaſtio.

Deſiccatio.

Narrationis pars ſecunda: quæ reſponſio eſt ad tacitam obiectionem eorum, qui poſſunt agi cum agricolis poſſe, quibus poſt tot labores, iam multa reſtent vitia à frugibus extirpanda.

a Nec tamē (hæc cum ſint hominū, boūq; labores
Verſando terram experti) nihil improbus anſer,
Strymoniaq; grues, & amaris intyba fibris
Officiunt: aut vmbra nocet. Pater ipſe colendi
Haud facilem eſſe viā voluit, primuſq; per artē
Mouit agros curis acuens mortalia corda,
Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.
b Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni,
Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum

Fas

Fas erat: in medium quærebant, ipsaq; tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.
Ille malum virus serpentibus addidit atris,
Prædarique lupos iussit, pontumque moueri,
Mellaque decussit foliis: ignémque remouit,
Et passim riuis currentia vina repressit,
Vt varias usus meditando extunderet artes
Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam,
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.
Tunc alnos primum fluuij sensere cauatas:
Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit:
Pleiadas, Hyadas, claramq; Lycaonis Arctos.
Tum laqueis capere feras, & fallere visco
Inuentum, & magnos canibus circumdare saltus:
Atq; alius latum funda iam verberat amnem,
Alta petens, pelagóq; alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor, atq; argutæ lamina serræ:
(Nam primi cuneis scindebant fissile lignum:)
Tum variæ venêre artes. labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.
Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit, cùm iam glandes, atq; arbuta, sacra
Deficerent syluæ: & victum Dodona negaret.
Mox & frumenti labor additus, vt mala culmos
Esset rubigo, segnisq; horreret in aruis
Carduus, intereunt segetes, subit aspera sylua,
Lappaq; tribuliq;, interq; nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Quod, nisi & assiduis terrã infestabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes vmbras, votisq; vocaueris imbrẽ:

Heu

Heu magnũ alterius frustrà spectabis acervum,
Concussag, famem in syluis solabere quercu.

Paraphrasis.

a Quamuis autem hisce omnibus, quæ sunt à nobis recensita, & homines, & boues diu multúmque fortassis incubuerint: tamen nisi diligens, & cautus admodum fuerit agricola, tum aues, tum herbæ nocitæ, tum etiam umbræ aruis benè cultis & fructuosis, plurimum obesse solent. Etenim (ne aut quis id fortè miretur, aut etiam cuiusquam spes infringatur) rerum parens ille Iupiter, cùm vnus omnium primus agriculturæ artem exerceri iussit, operosum, & arduum agricolendi negotium esse voluit, ne fortè eorum, qui se studio agricolationis dederent, languesceret industria, néue otio, atque inertia diffluerent.

De incommodis agricolæ.

Aues.

Herbæ.

Vmbræ.

Necessitas artes exquisiuit.

b Ante Iouis imperium, & regnum, nemo homo vertebat terram, nemo agros partiri limitibus, ac terminis, per fas, & iura potuit: omnia deinum erant communia: omnia liberrimo prouentu terra ipsa sua sponte producebat. Ecce autem, vt Saturno successit Iupiter, ille serpenti malè vsitato pectus addidit, ille lupos ouilibus insidiari fecit, ille ratibus maria secari iussit, ille mella foliis arborum affluentia decussit, & ignem etiam aliquantisper abscondit, vinúmque per fluuios manantia coërcuit, in aquámque conuertit. Iam enim perfici posse cogitabat, vt egestas longo rerum vsu exercita cuiusque generis artes aliquando tandem exquireret. Hinc futurum sciebat, vt cum experientia progrediente tempore, per subactionem terræ, frumentum quæreretur, vtque durioris lapidum conflictu, atque tritu eliceretur ignis. Sub Ioue cùm esset mundus, cœperunt naues onerare fluuios, nautæ recensere astra, & nominare aussi sunt: vt Vergilias in Tauri genu fitas: vt Hyadas in Tauri fronte collocatas: vt Helicen, quæ regis Arcadici filia fuit, & Callisto iam olim appellabatur, cumque à Iunone in vrsam conuersa, ob commercium cum Ioue habitum, fuisset

Status eorum, qui fuerunt ante repertam agriculturam.

Agricolatio.

Ignarium.

Ars nautica.

Astrologi.

fuisset, ab ipso postea in cœleste numen translata fuit. Tum primùm laqueis irretitas tenere feras, tum aues prehendere, tum canibus venaticis siluas, saltusque cingere, tum in altum piscem in rete inijcere, & iniectum extrahere, tum temperare ferrum, & aptare ad instrumenta conficienda, excogitatum est. Nam initio quidem scindi maceries, ac diuidi, non instrumento ferreo, sed adactis cuneis è ligno confectis solebat. Tum denique artes multæ ac variæ cœperunt exordium. Ità sanè sedulitas, ac diligentia (quam plærique fugimus) quiduis superare poterit. Ità experiri mala paupertas iubet, atque adeò nihil, non exquisitæ, aggreditur, conficit durissima dux necessitas.

Venatio tertia.
Aucupium.
Canum ope facta venatio.
Piscatus.
Fabrica ferraria.
Assiduitas.
Necessitas.

Sed (vt id hunc agamus, quod cœpimus) arandi formam, atque rationem primò quidem Ceres mortalibus ostendebat, cùm iam nemora non amplius glandes, arbuta, fœtúsque producerent, & nec Epeirotica Dodona, nec cæteræ syluæ sufficerent vllum pastum. Agricultura igitur concessa nobis est, & tributa, sed nun sine labore, & contentione corporis exercenda. Irrepserunt enim in frumenta rubigo, quæ aristas absumit, & aculeosus carduus: fruges intermoriuntur, adulterinæ, ac inutiles herbæ succrescunt, inter efflorescentes segetes lappæ, tribuli, lolium, auenæ locum occupant.

Aratio.
Egestas.
Res frumentaria.
Labor.
Frugum pestes.

Quámobrem si non in herbis noxijs euellendis, in fugandis auibus, in restituenda etiam aprication, irrigationéque acer & industrius fueris, in id egestatis, inopiæque discrimen aliquando venies, vt alterius ingentem frumenti cumulum, haud sine pœnitudine, intuearis, syluestriúmque fructuum solatio depellere cogaris inediam.

Epilogus.
Herbarum euulsio.
Auium fugatio.
Arborum putatio.
Irrigatio.
Aemulatio.
Mendicitas.

Narrationis tertia pars: de agricolûm armis, & instrumentis.

Dicendum, & quæ sint duris agrestibus arma,
Quis sine, nec potuere seri, nec surgere messes.

Vomis

Remis: & in flexo primùm grauis robur aratri:
Tardaq; Eleusina matris volumina plaustra:
Tribulaque, traheæq;, & iniquo pondere rastri
Vitrea pratereà Celei vilisque supellex:
Arbuteæ crates, & mystica vannus Iacchi,
Omnia quæ multò ante memor prouisa reponet,
Si te digna manet diuûm gloria ruris.
Continuò in syluis magna vi flexa domatur
In burim, & curui formam accipit vlmus aratri.
Huic à stirpe pedes temo protentus in octo,
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso.
Caditur & tilia ante iugo leuis, altaq; fagus,
Stimáque quæ currus exurgat, quæq; ultimos.
Et suspensa focis exploret robora fumus.
Possum multa tibi veterum præcepta referre,
Ni refugis, tenuésque pigeat cognoscere curas.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci,
Ne subeant herbæ, neu pulueris vicla fatiscat,
Tum variæ illudant pestes: sæpè exiguus mus
Sub terris posuit que domos, atque horrea fecit,
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ,
Inuentúsque canis, vasto & quæ plurima terra
Monstra ferunt, populátq; ingentè farris acerruum
Curculio, atque inopi metuens formica senectæ.
Contemplator item, cum se nux plurima syluis
Induet in florem, & ramos curuabit, olentes
Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur,
Magnáque cum magno veniet tritura calore,
At si luxuria foliorum exuberat umbra,
Ne quicquam pingueis palea teret aree culmos.

Semina vidi equidē multos medicare serentes,
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca,
Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset:
Et quamuis igni exiguo properata maderent,
Vidi lecta diu, & multo sperata labore,
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quæq; manu legeret. sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.
Nō aliter, quam qui adverso vix flumine lembū
Remigijs subigit: si brachia forte remisit,
Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.

Paraphrasis

Transitus, De agricolūm instrumentis,

Armorum necessitas,

Enumeratio,

Exposui agricolationis originem, & origīnis causam: proximus orationis cursus esse debet, in eiusdem armis summātim describendis. Tanquam enim cuiuis artificio sua quędam, & propria sunt instrumenta: sic agri cultoribus tribuuntur arma peculiaria, sine quorum adminiculis, neque frumenta seminari, neq; sub auras euocari possent. Inprimis vomer, quo terra proscinditur, & cespites confringuntur. Tum dentale, cui vōmis infigitur, quódq; filo pondere perficit, vt aratrum altiùs in humum deprimatur. Plaustra quoque dicata Cereri, magna quidem illa, & tardius incedentia, quibus maturatæ fruges in horreum apportari solent. Tribula etiam, id est, fustes versatiles, quibus grana triturantur, & excutiuntur è spicis. Atque trahæ, quæ rotis nullis, sed quātenus trahūntur progressum faciunt. Et rastra immanis ponderis, quorum ad glebas conterendas vsus valet. Supellex insuper Celeī, hoc est, ex virgis quæ conficiuntur instrumenta, vt quāli, canistra, corbes, fiscellæ. Item viminea crates, quæ dissoluit glebas, campumq; mollefaciunt. Cribrū præterea mysticum, non vulgaris Bacchi cerēmonia,

nia, quæ mentis expurgationem, sinceritatémque significatione comprehendit. Quæ quidem singula, quisquis es homo prouidus, longè prius, quam eorum vsus vllus fuerit, in armario tuo, tanquam ad manum parata, conseruabis, si modò agri colendi, cœlestis planè studij, eximius honos te aliqua ex parte mouerat. Quod autem ad primarium, & maximum instrumentum, id est, aratrum attinet, fac, vt vlmus etiamdum crescens, ea vi, eóque artificio pertractetur, vt ad inflexi aratri figuram, atque similitudinem conformetur temo, qui pedum plus minùs octo longitudinem complectatur. Accommodentur ligna latiora, in morem aurium vtrinque conficta. Dentale, cuius vtrumque latus exiuerit, tam vsquè à tenera radice comparetur. Ad faciendum iugum, tilia, fagúsque concidantur. Stiua quóque in pullulantibus adhuc arboribus aptari debet, quæ ad currus tum hunc, tum illum in gyrum contorquendos applicari possit. Et quò sint omnibus solidiora robora, in camino ad focum suspendi ea, & explorari debere censeo.

Prouisio.

Admonitio.

Aratri descriptio.

Possum equidem (ni forte recusaueris, neque de rebus tam paruis laborandum putes) multa priscorum hominum (qui de agri colendi negotio suam sententiam posteris tradiderunt) præcepta commemorare, & in medio ponere. E multis igitur aliquot si recenseam, operæ pretium me facturum existimo. Debet area magno quodam, & prope rotundo lapide (quem vocant cylindrum) adæquari, & manu subigi, & creta solidari, ne possint herbæ succrescere, neue tellus aliquando dehiscere. Nam hæc vbicunque vim venient, ibi multæ, & graues frugum pestes obrepunt, & quasi per ludum nocent. Sæpe quidem numerò factum est, vt mures in rimis absconditi ponerent nidos, ad quos grana subducerent. Talpæ frequenter ore humum effodêrunt. Nec rarò in terræ foraminibus bufo repertus est, & alia quoque plurima repulia, quæ ibi versari solent: Curculio, & formica

Locus attentionis.

De area cylindro æquanda propter herbas & foramina.

Mus.

Talpa.

Bufo.

Curculio.

Formica. mica quæ inexhaustis laboribus venturæ senectuti alimentum prospicit) congestum amplum frumenti cumulum crebrò carpunt.

De prouentu rei frumentariæ prænotiones. & Amygdalus. ¶ Illud idem obseruabis, agricola, quod cùm Amygdalus fronde sese, ac flore vestierit, tum si fructus Amygdalini superfuerint, pari prouentu fruges habebuntur: ità vt succedat, haud absque magno laborandi feruore, magna trituratio. Contrà verò si densa tantùmmodo turba frondium, aut foliorum excreuerit, atque perpauci fœtus, fructúsue prodierint ferè nulli, frustrà folliculi, & aristæ in area concutientur, quæ grana propè nulla in se continebunt.

Medicamenta pro leguminibus. ¶ Ego verò rerum vsu, atque experientia didici, solitos esse multos olei fœcibus, atque nitro perfundere legumina, priusquàm ea terræ committerent, vt in siliquis (quæ aliòqui fallerent fortassis expectationem) grandescerent fœtus, & vt breui coctione molliora redderentur.

Agricolæ industriam excitat à difficultate rei. ¶ Etiam expertus sum, vt lecta longo tempore legumina, & multis modis explorata, desistant ab illa sua pristina bonitate, si non contenderent homines naturæ malignitatem præpedire, atque superare: ob eamque causam, vi, & arte legere per singulos annos maxima quæque semina. Quemadmodum enim qui summo cum periculo, & vitæ discrimine, in turbulentis fluctuum iactationibus, remis frequentibus impellit nauem, intermisso impetu, pulsu que remorum, præceps in voraginem sine vllo alleuamento deijcitur: sic istam omninò legem indixit Natura, vt inferiora hæc omnia senescant, sensimque diminuantur, & ad interitum etiam (humana si defecerit industria) subitò prolabantur. Quapropter vt in cæteris rebus, ità hic ponenda diligentia est in delectu faciendo, singulis quibusq; annis, ne neglecta semina naturam amittant, atque virtutem suam.

Similitudo.

Narratio-

Narrationis quarta pars: de oportunitatibus terrenarum faciendarum principia duodecim.

[a] *Praterea tàm sunt Arcturi sydera nobis,*
Hedorumq́, dies seruandi, & lucidus anguis,
Quã, quibus in patriã ventosa per æquora vectis
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.

[b] *Libra die somnique pares vbi fecerit horas,*
Et medium lucis, atque vmbris iam diuidet orbẽ,
Exercete viri tauros, serite ordea campis,
Vsq́, sub extremum brumæ intractabilis imbrem.
Nec non & lini segetem, & cereale papauer
Tempus humo tegere, & iãdudum incũbere aratris,
Dum ficca tellure licet, dum nubila pendent.

[c] *Vere fabis satio, tunc te quoq;, medica putres*
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura,
Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro.

[d] *At si triticeam in messem, robustáque farra*
Exercebis humum, solisque instabis aristis,
Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiáque ardentis decedat stella corona,
Debita quàm sulcis cõmittas semina, quamq́,
Inuita properes anni spem credere terræ.
Multi ante occasum Maiæ cœpere sed illos
Expectata seges vanis elusit auenis.

[e] *Si verò, viciamq́, seres, vilémque faselum,*
Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis,
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes:
Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.

[f] *Idcirco certis dimensum partibus orbem*
Per duodena regit mundi sol aurens astra.

g Quinq; tenent cœlũ zonæ, quarũ una coruſco
Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni,
Quã circum extremæ dextra lenaq; trahuntur
Cæruleæ glacie concretæ & imbribus atris.
Has inter, mediamq;, duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ diuum, & via ſecta per ambas,
Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.
Mundus vt ad Scythiã, Riphæaſq; arduus arces
Conſurgit, premitur Lybiæ deuexus in auſtros.
h Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum
Sub pedibus ſtyx atra videt, manesq; profundi.
Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis,
Circum, perq; duas in morem fluminis, arctos,
Arctos Oceani metuentes æquore tingi.
i Illic (vt perhibent) aut intempeſta ſilet nox
Semper, & obtenta denſantur nocte tenebræ,
Aut redit à nobis aurora, diemque reducit:
Nos vbi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illic ſera rubens accendit lumina veſper.
k Hinc tempeſtates dubio prædiſcere cœlo
Poſſumus, hinc meſſis, diem, tempuſq; ſerendi,
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat, quando armatas deducere claſſes,
Aut tempeſtiuum ſyluis euertere pinum.
Nec fruſtra ſignorũ obitus ſpeculamur, & ortus,
Temporibuſq; parem diuerſis quatuor annum.
l Frigidus agricolam ſi quando continet imber,
Multa, forent quæ mox cœlo properanda ſereno,
Maturæ dari quorum procudit arator
Vomeris obtuſi dentem, cauat arbore lintres,
Aut pecori ſignum, aut numeros in preſſa notamus

Exacta

Exactum alij vallos, fureásque bicornes,
Atque Amerina parant lentæ retinacula vitî.
Nunc facilis rubeâ texatur fiscina virgâ:
Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.

n *Quippe etiam festis quædam exercere diebus,*
Fas & iura sinunt, rivos deducere nulla
Religio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias avibus moliri, incendere vepres,
Balantúmque gregem fluvio mersare salubri,
Sæpè oleo tardi costas agitator asellî
Vilibus aut onerat pomis, lapidémq; reverten
Inclusum, aut atræ massam picis urbe reportat.

n *Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna*
Felices operum, quintam fuge, pallidus orcus
Eumenidésque satæ, tum partu terra nefando
Cœumq;, Iapetúmq; creat saevumq; Typhœa,
Et coniuratos cœlum rescindere fratres.
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atq; Ossæ frondosum involvere Olympum:
Ter pater extructos disiecit fulmine montes.
Septima post decimam felix, & ponere vites,
Et prensos domitare boves, & licia telæ
Addere nona fugæ melior, contraria furtis.

o *Multa adeò gelida melius se nocte dedere,*
Aut cùm sole novo terras irrorat Eous.
Nocte leves stipulæ melius, nocte arida prata
Tondentur: nocti lentus non deficit humor.
Et quidam seros hiberni ad luminis ignes
Pervigilat, ferróque faces inspicat acuto.
Interea longum cantu solata laborem
Arguto coniux percurrit pectine telas

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem
Et foliis undam tepidi despumat aheni.
P At rubicunda Ceres medio succiditur æstu,
Et medio tostas aluerit area fruges.
Nudus ara: sere nudus: hyems ignava colono.
Frigoribus parto agricola plerumque fruuntur,
Mutuáque inter se lœti conuiuia curant:
Inuitat genialis hyems, curásque resoluit,
Ceu pressa cùm iam portum tetigere carina,
Puppibus & lati nautæ imposuere coronas.
Q Sed tamẽ & quernas glãdes tũc stringere tempus
Et lauri baccas, oleámque, cruentáque myrta.
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cernis,
Asritósque sequi lepores, tum figere damas,
Stuppea torquentem Balearis verbera funda,
Cùm nix alta iacet, glacie cùm flumina trudunt.
R Quid tempestates autumni, & sydera dicam?
Atque, vbi iam breuiór q, dies, & mollior æstas,
Quæ vigilanda viris? vel cũ ruit imbriferũ ver,
Spicea iam campis cùm messis inhorruit, & cùm
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.
S Sæpè ego, cùm flauis messorem induceret aruis
Agricola, & fragili iam stringeret hordea culmo,
Omnia ventorum concurrere prœlia vidi,
Quæ grauidam late segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent, ita turbine nigro
Ferret hyems culmũq, leuem stipulásq, volantes.
T Sæpè etiã immensum cœlo venit agmẽ aquarum
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collecta ex alto nubes, ruit arduus æther,
Et pluuia ingenti sata læta boũmque labores

Diluit;

Dilunt implentur fossæ, & cava flumina crescunt
Cum sonitu, fervetque fretis spirantibus æquor.
Ipse pater, media nimborum in nocte, coruscat
Fulmina molitur dextra, quo maxima motu
Terra tremit, fugêre feræ, & mortalia corda
Per gentes humilis stravit pavor: ille flagranti
Aut Athon, aut Rhodopē, aut alta Ceraunia telo
Dejecit. ingeminant austri, & densissimus imber.
Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangūt.
Hoc metuens, cæli menses, & sydera serua:
Frigida Saturni sese quò stella receptet:
Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes.
In primis venerare Deos, atque annua magna
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
Extrema sub casum hiemis, jam vere sereno.
Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina,
Tunc somni dulces, densæq; in montibus umbræ.
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret.
Cui tu lacte favos, & miti dilue Baccho:
Terq; novas circum felix eat hostia fruges,
Omnis quam chorus, & socij comitentur ovantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta: neque antè
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quàm Cereri tortæ redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.

Paraphrasis.

[a] Arcturi prætereà (qui nunquam ferè sine grandine emergit) & hœdorum in aurigæ manu positorum (qui tempestates excitare solent) & draconis inter vrsas duas collocati, & aliorum huiusmodi signorum tempora tàm sunt agricolis obseruanda, quàm ab ipsis nautis obseruantur, qui, dum in patriam suam per

Astrologiæ necessitas.

fretũ

freta vectari cupiunt, aggrediuntur loca plena periculi.

Præceptum primum: sub æquinoctium autumnale, agros iterandos esse, ad sementem ordeorum, lini, & papaueris.

[b] In autumno igitur, quamprimum libra lucis, noctisque horas omni ex parte æquales fecerit, tunc, [4] agricolæ, diligenter exercitote tauros, & ordea conspergitote campis, donec hyems ab horrore nimio desæuiet. Tum quoque tempus maximè aptum, & ad donecum videtur esse, quo & lini semen, & papaueris, terræ commendetis, & quo vel quarto sulco seratis, dum scilicet per sudum adhuc, serenitatemq; liceat, dumq; aëris conditio facilè patiatur.

Secundũ præceptum: de satione leguminum.

[c] Vernum tempus fabarum sationi sic est aptum, & accommodatum, vt quod maximè. Medicam quomodo (herbam ad sananda saturandaq; iumenta valdè bonam) terra ventis resoluta, & pinguedine putrescens, fouere gremio suo eadem tempestate poterit. Milio autem legumini, quod syllam vulgus nominat, quoniam nõ tam durat post sationem, quam ipsa medica, singulis annis, rum operam dare conuenit, cùm cœleste signum, Taurus vnà cum sole, exoriens, capiteq; (propter Hyadum lumen propè positum) effulgens, auspicatur annum: & cùm canis in scorpione constitutus, propter tauri solem tenentis vicinitatem occulitur, & obscuratur.

Veris astronomica descriptio.

Præceptũ tertium: Robustiora frugum semina in autumno serenda esse.

[d] At verò si propter messem triticeam, granaque grandiora, & contra brumalis frigoris inclementiam duriora, humum exercueris, neque de leguminibus tantùm, sed de frumento etiam seminando laboraueris, facito, tauri vt Pleiades, & vt Coronæ astrum stellis octonis insignitum priùs occasum petat, hoc est, vt ante sit medius autumnus, quàm coneris ea solo, nondum satis apto, committere. Equidem nonnullos ante hoc tempus, quod modo proposui, sementem aggressos esse memini: sed illos sanè (graui & laboris, & spei frustratione) seges, quam in expectatione habuerunt, fefellit infœcunda quadam sterilitate.

Minora semina vere spargenda.

[e] Quod si autem vicissim, aut phaselum seminare instituc-

instituerit, neque lentis (quæ in Ægypto, ad ostium Nili Peluſinum plurima prouenire ſolet) ſationem neglexerit, tum Arcturus, quando vergit ad occaſum, claris te indicijs de idoneo tempore (nempe ſ. verno) admonebit. Quid quæris? Siue in autumno robuſtiora frugum ſemina, vt far, atque triticum, ſiue in vere minora, vt viciam, vt phaſelum, vt lentem ſeminaueris, expecta ſemper ſerenum tempus, quo ſationem continuare poſſis, cuiuſmodi contingit, quoties per pluſculos iam dies pruina matutina montes canitie quadam veſtierit.

Præceptum quartum: de ſignis, ſyderibuſque cœleſtibus obſeruandis.

Aſtronomiæ pars prima.

Motus planetarum ſub zodiaco.

f Quoniam igitur has ob cauſas nata videntur aſtra, vt ex eorum notatione ſuo quidq; tempore agatur, omnem totius orbis deſignationem, atque apparatum paucis verbis comprehenſum cognoſcite. Sol igitur ingentem illum circuitum, biſſenas in partes patentem, atque 360. diſtinctum gradibus (quem Græci ζῳδιακὸν, Latini ſigniferum nominauerunt) per duodecim firmamenti, cœliq, ſtellati ſigna, motu, curſuq, conficit.

g Quinque verò zonæ cœlum omni ex parte cingunt, è quibus eſſe tres inhabitabiles, inculteſq; creditur. Namque appulſu ſolis exarſit media & æſtu efferbuit intolerabili. Atque ad huius vtrumque latus, extremi ſunt flexus, & vlrimi, qui niue, pruináque, longinquóque ſolis abſceſſu obriguerunt. Verum inter hos tamen ipſos frigore horrentes tractus, atque torridam illam zonam, quæ in medio loco poſita eſt, conceditur ſpatium hominibus occupandum, noſtris quidem ab Arctico ad polum Cancri, Antichthonis verò ab Antarctico ad tropicum vſque Capricorni. Atque etiam Zodiacus ad zonas iſtas temperatas ambas pertinet.

2. Quinque zonarum temperaturæ.

h Prætereà duo extant poli, quorum vnus quemadmodum ſeptentrionem verſus ab Arcto ſublimis eſſe cernitur, & vel Borealis, vel Arcticus, vel ſupremus appellatur: ità prorſus in axem oppoſi-

3. Sphæra obliqua, & recta, in qua poli cernitur altitudo.

tum

tum depressus vel australis, vel antarcticus, vel imus dicitur. Hic autem septentrionalis, & arcticus polus supra nostrum horizontem totus continetur, contrà verò illum australem, & antarcticum inferi, & subterranei, vel (si quis mauult) Antipodes semper aspiciunt. Ad hæc in polo arctico immensus draco fluminis in morem incuruato tractu circum illas duas arctos voluitur, quæ nunquam Oceanum (quamuis propè sint) contingunt, sed obitus omninò nesciunt.

4. Hemisphærium duplex, cum habitantium discrimine, noctisque & dici vicissitudine.

[i] Atque sub orbe illo, qui cœlum quasi medium diuidit, & aspectum nostrum definit (vt communis fert opinio) aut nox perpetuò versatur & offusa caligine inuoluitur, aut hinc aurora illo reuertitur, & illinc lucem huc durnam refert: ita vt quamprimum sol se nobis ostenderit, noctescat apud Antichthonas.

Astrologiæ commoditates. Prima.

[k] Ac ne quis fortè hanc artem dissolutè negligat, & aspernetur, quid est (obsecro) quod tempestates, quod ventorum varietates, quod cœli mutationes scienter, & explicatè doceat? Astrologia. Quid est, quod demetendarum, percipiendarumque frugum tempus oportunum optimè præscribat? Astrologia. Quid est, quod certum, ac tempestiuum arationis, sationisque diem demonstret? Nonnè astrologia? Quid est, quod nauigandi oportunitatem, serenitatemque presignificet? Nonne Astrologia? Quid est, quod nauale prelium fausto, atque felici astro sospitari prædicat? Astrologia. Quid demum est, quod ad sternendas arbores in consilium adhiberi debeat? Astrologia. Itaque satis iam apparet, nos cùm ab astrorum obseruatione fructus capere posse vberrimos, tum verò etiam ex consideratione totius anni, qui licet numero dierum impar sit, & qualitate temporum incertus, tamen & quatuor paribus partibus distinguitur, & secundum Zodiaci quadrantes æqualis redditur.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Quintum præceptum, de ijs, quæ perturbato cœlo fieri debent.

[l] Quod si forsitan ea temporis conditio fuerit, vt propter motus ab aëre ruentes, agricola extemorum negotiorum curam obire non possit, sed permanere

manere domi cogatur: haud pauca iam tum erunt, quæ (cùm aliòqui festinanter, & in transcursu in ipsa serenitate facienda essent) diligenter, & per otium perficere, atque omnem in partem absoluta reddere licebit. Tum colonus diligens aut vomeris aciem nimis obtusam exasperare, aut pyrum, alnúmue ad conficiendam nauiculam excauare, aut pecus aliqua impressa nota designare, aut modiorum numeros recensere poterit, alij verò (quorum studium, & cogitatio confertur in vindemiam) stipites, palósque ad vites ritè sustinendas, atque alligandas conficere, alij furcas habentes duo quasi cornua vel ad vertendum fœnum, vel ad sustentandas arbores exacuere, quidam signa vitisustentacula (cuiusmodi sunt propter Ameriam, vrbem Vmbrorum, plurima) comparare. Imò agite, agricultores, & interdum virgis (quales apud Rubos in Campania frequentes est cernere) fiscellas leues, vimineáq; vasa contexite, interdum suppositis flammis, frumenta desiccate, interdum etiam ea saxo diminuite molendinario.

Præceptum sextum, de iis, quæ festis diebus peragenda sunt.

* Nec mirum, si hæc omnia rusticis per pluuias facitare debeant: cùm præsertim multa, quibus etiã sensus teneantur, negotia omnes Deorum immortalium, omnes omnium planè gentium leges comprobasse constat. Situ confectas, veteréque fossas purgare, frumenta sepibus includere, laqueos auicuIis ponere, vepres exurere, oues lauare salubri fluuio, neque diuini, neque humani imperij potestas vlla prohibuisse legitur. Neque etiam legibus omninò cautum est, quin festis quoq; diebus agaso, vel pomis, vel molari, vel massa picis onerare possit asinum.

Præceptum septimum, de lunarium dierum delectu. Quinta luna, pessima, quæ quæ nata sint, & scelerata.

* Ad hæc ipsa luna diuersa quodam ordine labentes diuersos dies (quibus operanti cuipiam benè, & feliciter euenire solet) præscripsit. Lunam igitur quintam si tibi caues, etiam atq; etiam fugito. Eo namque tempore, vmbrarum dominus ille Pluto, & Furiæ infernales ex Dite, & Proserpina genitæ sunt, atq; procreatæ. Tunc etiam fœtus planè detestabiles,

Cœrum

Cœum Latonæ patrem, & Iapetum rebellem quidem illum, ac monstrosum, è Cœlo Tellure concepit, peperitque Tellus. Tunc immanem, & manibus, pedibusque
§. præpotentem, capúrque cinctum centenis unguibus habentem Typhoëa progenuit ex Terra Tartarus. Tunc Othus, & Ephialtes Neptuni satu, & Iphimedeæ
2. conceptu, generati sunt, atq; in lucem editi, qui cœlum suis manibus rescindere, superisq; regnis ipsum Iouem detrudere moliebantur. Sed tamen quotiès pro suis gygantèis viribus montem monti superponere conabantur: totiès ille Deorum, atq; hominum pa-
Decima sept. dies Lunæ, rens extructas scalas fulminum iactu discussit, atque dissipauit. At (vti domum reuertar, & institutum agam) decima septima lunæ dies, seu vites inserere, seu bo-
Nona. 9. ues sub iugum mittere, seu telam contexere libuerit, fœlix est, & prospera. Nona demum, vt peregrinationi conuenit, ità furto faciendo periculosa esse solet.

Octauum præceptum. Quid æstiua nocte, quid brumali, quidque mediæ fieri debeat.

Sunt plurima, quæ fœlicius, & commodius humectante nocte, quàm æstu diurno solent procedere, aut etiam in aurora, cùm Phaëtontis equi terras rore conspersas afflant. Nocte fragiles, atq; aridique culmi, nocte sicca alioqui prata melius quàm interdiu resecari possunt, nocte lentus, & pinguis humor (propter præsentem lunam) abundare solet. Atque hæc æstate,

Falces, & semisecia, in aestiis, calidáque locis.

satis benigno cœlo ferè peraguntur. Sed est etiam qui medijs frigoribus ad focum pernoctans, acuto cultro aut securi tædas exasperate non recusat. Intereáque temporis, vxor eius cantillando noctem

Exacuendæ faces.

Conficiendæ telæ.

spatiosam fallere, longúmq; laborem haurire, & molire solita, per telam immittit frequens stridulum quendam pectinem, quia tunc fila humore noctis melius, & mollescunt, & impinguntur pectini, aut etiam noui vini superfluum humorem purgat, quodque

Coquenda vua.

in calescentis ærei vasis margine supernatat, ad totum despumat. Verum meridiano tempore seges aut resecari, aut è spicis excuti poterit.

Meridies apta metendæ segeti, atque triturandæ.

Verè, atq; in autumno (cùm per calorem, serenitatémq; nullus propemodum optari potest) & aran-

Nondum præceptum: de

dij

ti, & lucrandi tempus opportunum videatur esse. Nam hyems agri cultoribus est plane inutilis. Tum plerique omnes ruberi volunt ex rebus iam antè conquisitis secum aliquem, voluptatemq; percipere, vicissimq; inter se celebrare conuiuia, inuenibúsque, se inuenibúsque plaudentibus. Hyems adeò genio dicata ad lusus, ad lætitias, ad gaudia (vt eius ferocia leniatur) alicit, ad animoque curam omnem, atq; solicitudinem eximere ex animo, & profligare. Non aliter atque nautæ faciunt, qui postquam naues onustæ mercibus contigerunt optatum portum, lætantur, & eisdem insigniunt coronas, quæ sint fauste nauigationis indicia.

negotio æstiuo, & otio hyberno.

Verùm enimuerò in ipso brumali tempore (quia dò montium cacumina niue canescunt, & ita dominatur gelu, vt glacies humorem ebibens, stupin aquæ instar marmoris condenset aquas) licebit glandes è quercubus decutere, fructúsq; permanentes legere, vt laureas, baccas, oleas, myrta. Licebit etiam aucupium exercere, & gruum pedes laqueis intricare. Tum insuper opportuna venatio est, siue ea retibus (ut cùm cervos cassibus implicamus) siue canibus (vt cùm lepores insectamur) siue demum arcu fiat, vt cùm sagittis transfigimus damas. Fundarum quoq; Hispanicarum stupeos funes tum ad domestica, tum ad exercitia negotia necessarios dapsis non torquere possumus.

Decimum præceptum: de iis, quæ sunt hyeme peragenda.

Venatio.

Quid ego hîc temporis autumnalis & procellas, & signa pluuiosa commemorem? Quid ego longiore cautionis tractu prosequar, quantopere agricolis prouidendæ sint ruentes ab aëre tempestates, vel primo autumno, cùm dies sunt contractiores, & sedatur æstuus calor, vel vltimo vere, cùm frequenter pluit, cùmque iam grana crinito textu spicas in folliculo induunt, cùm denique in culmo turgescunt frumenta, & impleneur quasi lacte quodam.

Vndecimum præceptum de perspiciendis tempestatibus.

Compertũ equidem habeo, primo statim autumno, cùm maturatas fruges agricola demeteret, ordeáq; succideret, ventorũ vim vehemẽtissimã seuo impetu concurrisse, quæ granis onustam segetem à summis

Vent.

nubibus exsirpauerit, atque diuulserit. Vsque adeò turbineus ille globus & culmen, & aristas, per auras, viásque, & campum omnem latè dissipauit.

Pluuia.

Causa pluuiæ.

2 Sæpè etiam numerò tantus globus terrestrium euaporationum aërio in orbe sese coegit, atrámque procellam conglomerauit, & terram, polumq; inuoluentem, vt imbres largissimi, ac densissimi cœlo præcipites delaberentur, credercq; in pluuias totum cœlum descendere, & excidium olympi iam iam extimesceres, vt nimborum violentia frumentis, boumq; laboribus stragem, ruinamq; adferret, vt aqua ingrida fossis erumperet, amnésque diffluentes ripæ non caperent. Denique, vt maria prius placata, & tranquilla fluctibus æstuantibus, ac remurmurantibus ebullirent, atque effervescerent.

Tonitruum.

3 Iámque rerum omnium autor, atque moderator discutiens tectas obscura caligine tempestates, mediásque auras verrens, rutilante dextera torsit, & explosit fulmina, ità vt simultatq; sonitum ingentem aggeribus effractis dederat, & tonitru quatierat cœlum, cœlus continuò tremisceret, feræ huc, illucq; diffugientes discurrerentatq; hominum ipsorum mentes humillimo quodam pauore cõsternerentur. Cumque Iupiter ille siue Athon Macedoniæ, siue Rhodopen Thraciæ, siue Epiri Ceraunia summos, excelsissimósque montes ictu feriret inaudito, ecce tibi, luctabantur venti, crescebant imbres, resultabant sylvæ, insuetis flatibus concussæ, mugibant reboabántque littora.

Præcepta duodecimum, de tempestatibus cauendis, tum astrologica prudentia, tum religione, atque pietate.

4 Vt igitur ventos, vt pluuias, vt tonitrua, vt rerum & copiam procurare, & penuriam deuitare possis. Primùm signa cuiusque mensis, & motum astrorum, & planetarum aspectus, affectionésque diligenti cura, & indagatione oportet exquirere, & contemplari. Videndum est, quis cœli momentum Saturnus natura frigidus, & siccus, extremo in orbe percurrat. Hinc aduersæ tempestates, hinc glacies, hinc nebulæ, hinc nubes densæ, & caliginosæ, hinc annu-

ni

tas cuiras, hinc pestes, & alia complura prænosci, atque prouideri solent. Considerandum est, quæ spatia conficiat volucris ille Mercurius, qui est mistæ cuiusdam naturæ, quique ventos vehementes, instabilesque concitat, fulmina immittit, terram dissipat, & concutit. Deindè aëris iniuriam vt præuenias, tempestatibusque remedium adhibeas, iustam erga Deos obseruantiam, atque religionem quàm poteris officiosissimè persoluito. Præcipuè autem Cereri Deæ frumentorum, anniuersaria sacrificia facito. Quod ipsum pro granis pubescentibus & facilimè, & commodissimè præstata poteris, exunte iam hyeme, & incunte vere. Tum temporis potissimum habeas ad sacrificandum agnos pingues, & valentes, habeas etiam vina suauissima, quæ debent (lege Solonis) admisceri. Tunc in vario volucrum concentu frondea tibi iura mollissimos somnos indulgebunt: tunc eousque virescunt omnia nemora, germinántque omnes arbores, vt vmbrosa syluarum cacumina magnoperè quætis oblectare queant. Omnes ad vnum operarij rustici colant in gratiam tuam summa cum reuerentia Cererem, quibus tu mulsum ex melle, vino, & lacte mistum dabis. Præterea cœtus agrestis omnis, & ouantes simul socij cum hostia, semel, iterum, ac tertiò lustrent agros, quò frequenti, & assidua Ceretis inuocatione, frumenta in horreis aliquando recondi fœlicter possint. Sed nec licebit cuiquam falcem subdere maturatis frugibus, priusquàm capite quercina corolla cincto in memoriam antiqui victus, & saltatorium versèt orbem, & agresti more decantet hymnos.

Narrationis pars quinta & vltima.

de tempestatum prænotionibus.

Atque hæc vt certis possimus discere signis,
Æstusque pluuias, & agentes frigora ventos,
Ipse pater statuit, quid mensis quoque cuique,
Quo signo caderent austri, quid sæpè videmus

Agricolæ propiùs stabulis armenta tenerint.
b Continuò ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor, aut resonantia longè
Littora miscerier, & nemorum increbescere murmur.
Iam sibi tum curuis male tèperat vnda carinis,
Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamoremq; ferunt ad littora, cumq; marina
In sicco ludunt fulicæ, notásque paludes
Deserit, atq; aliam supra volat ardea nubem.
Sæpe etiam stellas vento impendente videbis
Præcipites cœlo labi, noctisque per vmbras
Flammarum longos à tergo albescere tractus,
Sæpè leuem paleam, & frondes volitare caducas,
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.
c At boreæ de parte trucis cùm fulminat, & cùm
Eurique, Zephyriq; tonat domus, omnia plenis
Rura natant fossis, atq; omnis nauita ponto
Humida vela legit, nunquam prudentibus imber
Obfuit: aut illum surgentem vallibus imis
Aeria fugere grues, aut bucula cœlum
Suspiciens, patulis captauit naribus auras,
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo,
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam:
Sæpius & tectis penetralibus extulit ova
Angustum formica terens iter, & bibit ingens
Arcus, & a pastu decedens agmine magno
Cornorum increpuit densis exercitus alis.
Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
Certatim largos humeris infundere rores:

Nunc

Nunc caput obiectare freti, nunc currere in vndâ
Et studio incassum videas gestire lauandi.
Fum corui, plenaq; pluuium vocat improba voce,
Et sola in sicca secum spatiatur arena.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nescisse hyemem, testa cum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.
Nec minus ex imbri soles, & aperta serena
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
Nam neque tum stellis acies obtusa videtur,
Nec fratris radijs obnoxia surgere luna,
Tenuia nec lana per cælum vellera ferri.
Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
Dilecta Thetydi halciones: non ore solutos
Immundi meminere sues iactare manipios.
At nebulæ magis ima petunt, κἀποκὰ recumbunt:
Solis & occasum seruans, de culmine summo
Nequidquam seros exercet noctua cantus:
Apparet liquida sublimis in aere Nisus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacunq; illa leuẽ fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: quà se fert Nisus ad auras,
Illa leuem fugiens rapidm secat æthera pennis:
Tum liquidas corui præsagæ gutture voces,
Aut quater ingeminant, & sæpe cubilibus altis
Nescio qua præter solitum dulcedine læti,
Inter se foliis strepitant, iuuat, imbribus actis,
Progeniem parvam, dulcesque reuisere nidos.
Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.

Verùm, vbi tempestas, & cœli mobilis humor
Mutauere vias, & Iupiter humidus austris
Densat, erãt quæ rara modo, & quæ dẽsa relaxat,
Vertuntur species animorũ, & pectora motus (arg.
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt: hinc ille auium concentus in agris
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.

f *Si verò solem ad rapidum Iunásq; sequentes*
Ordine respicies, numquam te crastina fallet
Hora, neque insidijs noctis capiere serena.

g *Luna reuertentes cum primùm colligit ignes,*
Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu,
Maximus agricolis, pelagóq; parabitur imber.
At, si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit, vento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namq; is certissimus auctor)
Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit,
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo.
Exactum ad mensem pluuia, ventisq; cærebunt,
Votaq; seruati soluent in littore nautæ
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. (dat.

h *Solq; quoq; & exoriens, & cùm se cõdet in vn-*
Signa dabit. solem certissima signa sequuntur,
Et quæ mane refert, & quæ surgentibus astris.

i *Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum*
Conditus in nubem, medióque refugerit orbe:
Suspecti tibi sint imbres, namque vrget ab alto
Arboribusq; satisq; Notus pecorisque sinister.
Aut vbi sub lucem densæ inter nubila sese
Diuersi erumpunt radij: aut vbi pallida surgit
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:

Hen

Hei mihi tum mites defendet pampinus vuas:
Tu multa in tectis cretum ami salit horrida grando
Hoc etiam, emenso cùm iam decedet olympo,
Profuerit meminisse magis: nam sæpe videmus,
Ipsius in vultu varios errare colores.
Cæruleus pluuiam denunciat, igneus Eurot.
Sin macula incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tunc pariter vento, nimbisque videbis
Fervere. non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat connellere funem.
At si cùm referet diem, condétque relatum,
Lucidus orbis erit: frustra terrebere nimbis,
Et claro silvas cernes aquilone moveri.
Denique quid vesper serus vehat, vnde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus auster,
Sol tibi signa dabit.

Paraphrasis.

De tempestatum prænotionibus.

Sed quoniam rustici homines, & operarij ex Saturni, cæterorumq; syderum conuersionibus parum, aut nihil possunt colligere, ea de tempestatum indicijs, ac prænotionibus dicam, quæ sunt penè ad vulgarem, popularémque sensum accommodata. Nam vt solis æstus vehementiores, vt imbres immodicos, vt rustici spiritus quodammodo præscire possemus, parens ille rerum Iupiter, iamiude ab humani generis initio, necessitate quadam immutabili constituit, quid mensum dux, & præses Luna secum apportaret: & quo signo cessarent venti meridionales. Atque id fanè non aliam ob causam, nisi vt experientia docti, & assuefacti agricolæ cohiberent greges, citiùsque & sibi prospicerent, & suis.

Vndecim ventorum signa.

1. Mare turgens.

2. Colles personantes.

Ventorum igitur tempestas iam imminet, cùm vel inflatur mare, & turgescunt paulatim vndæ: vel personant eiusmodi fragore colles, cuiusmodi audi-

tur in aridis frondibus: vel per cuſta littora longè, latéque mugiunt, & quaſi reſponſum referunt teſtacho ære: vel frequens hic nemorum ſtridor. Neque enim ſpirare ventus iam commodus deſiſtet, ſed maiores eundo acquiret vires. Eoque fieri vix poteſt, quin pelagus collidat huc illúcque fluctuantes naues, ſæpiùs dum medijs è fluctibus ad littora cum clamore Mergi reuolant, vbi futuram eſſe tempeſtatem augurantur: & quandò fulicæ (quæ, ne terræ tantummodo, & cœlum illis patêrent, mediis etiam in aquis nidos ponunt) in arena littoris collidunt: & quandò Ardeæ paludes notas, & affuefactas relinquens, ſeſe tenuem in auras tollit. Quippè mergi (dum capiendis piſcibus inuigilant) ſimul atque turbantur æquora, fugiunt, fulicæ autem, vt ſi vdum foret, in mari ſe ſubmergerent: ità, ingruente tempeſtate animaduerſa, vdum deſerentes, continuò ſiccum petunt. Ardea verò, (quæ marina etiam auis eſt) eodem prorſus modo, ſibi ab inſtante procella cauens, in ſublime prouolat. Ite mox ſæpenumerò noctu, paulò priuſquam venti furgunt, impreſſiones quaſdam ignitas in aere, facéſque ſtellarum ſimiles, ex earumq; profluxu flammas in longum tractas, & albeſcentes, ab vna, & altera mundi plaga diſcurrere, atque deorſum ferri videbis. Inſuper ſumma mox vehementiora ventorum flamina colligent, nonnunquam ex volante palea iam exiccata, nonnunquam ex volitantibus frondibus, iam ſua ſponte lapſis: quæ quidem ab inſequuturo, & vix dum orto vento concitantur. Interdum etiam plumas, exactino & quarum quaſi margine, modò huc, modò illuc, vi quadam occulta ventorum inſurgentium, agitari, & (vt ſunt leuiſſimæ) continua veluti natatione moueri conſpicies.

3. Littora mugiunt.
4. Nemorum ſtridor.
5. Mergi.
6. Fulicæ.
7. Ardea.
8. Impreſſiones ignitæ.
9. Palei exiccata volans.
10. Frondes volitantes.
11. Plumæ agitantes.

Quandò autem in ſeptentrionali regione flamma inter nubes coruſcauerit, & emiſſa cœli fulgura fuerint, quando etiam in orientis, aut obeuntis ſolis partibus tonitrua exiſtent: tam vberim deſcendent pluuiæ, latéque ſpargentur in campis, vt, ſuperfuſis

Pluuiæ futuræ argumenta 12.
1. Flamma ſeptentrionalis inter nubes,
2. Tonitrua ex occidente,

terræ

terræ ædificiis, passim cernas, & rapidum amnes diluvie: vtque gubernator puppis vela legere, madefactis imbribus, cogatur: Omnino tam claris antecedentibus signis admonentur omnes, vt nunquam viderimus quicquam (qui saltem cauere voluit) de improuiso, ac opinatorem ex imbrium procella multum incommodi, detrimentiue accepisse. Aut enim grues à tempestate iam ingruente, de valle in altum sublatæ, fugæ consulunt: aut iuuenca (vt est acri olfaciendi potestate prædita) cœlum intuens, ac respirans, in aere quandam sentit spissitatem: aut hirundo, quæ voce canora trinare, lacunosas quærit latebras, vbi secura delitescat: aut ranæ querimoniam antiquam renouantes, in palude præter morem coeant, & identidem repetunt suum illud, βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ: Etiam sæpenumerò formicæ naturali quodam doctu sibi ab imbe cauens, terræ monticulum tedulò superat, & ouis (ne forte pluuia submerganur) è nidis anteriorib⁹ exportat. Et Iris præterea, cùm hauirit humorem, pelliciatq; materiam attrahit, pluuiam portendit tempestatis. Coruorum quoque greges, à pastu quum deuolant, & condensatas aëris crassitudine pennas persentiscunt, carpunt, quasi suffocentur, reforbent voces, ac veluti strangulati crocitant. Et quidem, si communia prognostica vera sunt, futuram pluuiam non abs re metuas, cùm apes nidificas, & fluuiales (cuiusmodi sunt cygni, grues, anseres, anates Lydiæ campum Caystro circumfluentes occupantes) subinde magno impetu aquis humeros aspergere: & in lacu capita demergere, subinde sese intra undas recipere, & ipsa gesticulatione corporis, lauitidi desiderium significare videris. Propter pluuiarum enim concretionem, aqua minimè admitti ad corpus creditur. Imminentis quoque pluuiæ coniecturam facere possis, quando cum cornix rauisonos (vt ita loquar) cantus edens, denunciat: ac nullis alitibus alijs comitata, ipsa obambulat, & naturæ impetu siccà experens, præter modum insurgente procella cornicatur. Quinimò ne

3. Grues.
4. Iuuenca.
5. Hirundo.
6. Ranæ.
7. Formicæ.
8. Iris.
9. Coruus.
10. Aues marinæ.
11. Cornix.

19. Scintillæ in oleo lampadis nocte lucentis.

ne puellæ quidem nostræ lanam, pensumque trahentes suum, numbos nō præsentiunt immoderatos, cum lucente lampade, scintillas comparere in oleo, & fauillas vnà cum fumo sursum agi solitas, ob aeris humiditatem, & crassitudinem, in lucernis residere, ex ejsque tubercula, fungorum instar, effingi conspexerint.

Serenitatis indicia.

Ad eundem modum, licebit post pernubium aerem, refulluru solem præuidere, & indubitatis quibusdam notis, redituram præscire serenitatem. Eō namque tempore, nec stellarum lumen vlla interiecta nubecula obtuscatur, sed claræ, & perspicuæ nostris offeruntur oculis. Nec luna exoriens (quæ solis in eam radijs reflexis splendet) caliginosa, aut maculosa, sed pura, & bene sibi constans existit. Nec flocci per inane lanuginis instar, volant. Anima denuntiant insuper nautæ septem brumales dies (qui & Halcyonij dicuntur) tam esse tranquillos, & serenos, vt id temporis, tuta sit nauigatio, ex eo quòd Halcyones, suetum in ipso mari sine periculo fœtus educant, eosque nulla vis aduersa litus capescere, & in aprico alas explicare compellat. Sed neque cœlo sereno iam impendente, volutati cœno & lutulenti porcelli dissipatos rostro manipulos straminum (quod alias faciunt) proiectare solent, imò verò nitida cœli facie superuentura, cernere erit eductos è terræ venis vapores, magno & adurente solis calore dispersos, attenuatos, & ferè consumptos, imis denuò vallibus incumbere. Cùm autem vesperum obseruans noctua, è turribus, aut arboribus insuauem, & inamœnum cantū ediderit, die tùm insequente, clarum sol præbebit & inoffensum lumen. Videas præterea sereno cœlo Halcyonem sublime volitantem, Cyrimq; sedulò sic persequentem, quasi cum ea pugnam iniret. Hanc enim ferunt Poetæ, patri, pro abscisa capitis purpura, pœnas luere. Nam Nisus, Megarensium rex, cùm ab oraculo responsum accepisset, tamdiu se regnaturum, quamdiu sacrum crinem custodiret; aiunt Scyllam

1. Post aerem pertubatum stellarum claritudo.

2. Luna pura exoriens.

3. Flocci volitantes.

4. Dies Halcyonij.

5. Porcelli.

6. Tenues vapores.

7. Noctua.

8. Halcyones.

Nisus & Scylla

eiusdem

eiusdem filiam, amore Minois (qui tum Nisō bellum intulit) captam, cæsariem illi resecuisse, itaque cum patre patriam quæ prodidisse. Hinc commiserunt ambos in aues conuersos, & natam nūc a vindice parente fugere, adeò vt quacunq; ea volitet, continuò vehementi quodam impetu Nisus insequatur; quacunque contrà seratur ille, statim Scilla terga det, & qui potest maxima celeritate auolet. Præterea serenitatis tempestatis argumentum facilè & nullo ferè negotio apponam, ex conuorum lætitia, qui vt in crassitudine aeris difficulter crocitant, sic in eiusdem subtilitate identidem compresso gutture claras voces, & liquidas ingeminant. Sæpenumerò enim (nescio qua nouæ dulcedine permoti) plaudunt inuicem in solijs ad altè congestos nidulos. Quippè gaudent illi, tempestatibus iam abactis, ad suos pullos, suáque cubilia reuerti.

9. Conuorum lætitia.

2. Equidem mihi facilè persuadere non possum, satovel diuino, vel astrologico, aut præstantius illo ingenium concessum esse, aut maiorem rerum summarum intelligentiam, quàm hominibus, qui sunt rationis, & cogitationis cōpotes. Quin potius ità se res habere existimo, vt cum tempestates, & pluuiæ recesserint, & noua cœli facies apparuerit, cumque ventus humidus ab australi parte profectus soluta constrixerit, & constrictas resoluerit, tum etiam brutorum animantium, bellua rúmque sensa commutentur, atque adeò (quia magni interest, qua reficiantur aura spiritus vitales) dum aër serenus est, aut rarus, exhilarētur, dum pluuiosus, aut densus, conturbentur. Naturæ siquidem impetu, motúque ducuntur, & siue claro cœlo, propter facilitatem victus gaudeant, siue in cœli perturbatione propter penuriam cibi lamententur, siue etiam nebuloso aëre sensus hebescant, siue splendente sole spiritus excitentur, sibi quidem sentiunt, nobis autem præsagiunt. Redeunte serena tempestate, notissima illa & suauissima concinentium in pratis auium nascitur melodia, quam non iam victus gratia, sed

De brutorum progressticis quibus.

sed naturali quodam instinctu motitari credas. Pecudum etiam greges, festiuitas serenitatis gestiunt, & eorum quoque lætitiam, raucum in clamantes significant. Itaque hinc prognostica ad aëris referre qualitatem oportet.

Præsentiones tempestatum ex Sole & Luna, cernitur.

Iam si solem (qui celerrimo circuitu per cœlum fertur) & lunam (quæ mensuro spatio solis amnam lustrationem complet) recte notaueris, abunde tibi de postero die constabit, neque te (quod frequenter euenire solet) falsa spe ludet nocturna serenitas.

Lunæ orientis ex obscuro cornu imbrem, ex rubro ventum, ex puro serenitatem significari.

Luna vbi primùm solis ab ortu radios collegerit, si nigrum infra se aërem habuerit, & obtusa cornua, vbique terrarum, pluuias tum coloni, tum nautæ sentient. Sin autem fuscum, & cum candore mistum ruborem (quali tinctas genas habent formosæ, & verecunda virgines) expresserit, venti flamina exoriturq denunciabit. Semper enim rubescens Luna declarat, portendit futurum ventum. Quòd si quarta luna, nullis interpositis nubeculis exorta, claro nitore fulserit (nam ex ortu quarto post nouilunium optimè de serenitate pronunciari potest) hæc eo quidem die nec ante perfectum, completumq; mensem illum, tempestas erit vlla: ex eoque fiet, vt nautæ, omni periculo liberati, vota Dijs maximis parati sint in portu persoluere.

Ex Sole prædictiones tempestatum clarissimæ.

Sol insuper cum oriens, tum occidens significabit futuras tempestates, neque alias ex re vlla propius quisquam, certiusue capiet indicium, aut vesperinis temporibus, aut matutinis.

Ex oriente Solis indicia tria.

1. Solis orbis maculosus & concauus.

2. Radii discolores.

3. Cum pallidus exoritur.

Sol si labeculis aspersus, & maculosus exoriatur, & orbis eius quasi concauus extiterit, & penè dimidiatus apparuerit, timenda tibi erit pluuia. Nam auster fœtibus, frugibus, & armentis aduersus, atque noxius, imbres continuò præcipuè cogere ab aëre. Quando autem, antelucano tempore, discolores radios ejaculatus fuerit, aut pallidus exstiterit, grandinem,

dicere, aut nimbos iam tum imminere putat.

Fit occidente sole prognostica tria.

1 Sed quod est à nobis de occepto sole dictum, id animaduerti, videtur melius, cùm iam ex hemisphærio nostro decedet, occasum petens. Etenim saepenumerò cernimus, aspectu ipso deprehendimus, solis vultum diuersis conspectum esse, & eius cum tribus coloribus. Omninò si coloc inerit cæruleus, sequentur pluuiæ. Si ruber, surget ventus vehemens. Sin autem cæruleo illi colori huiusce habitus exuerit, tum & ex venti flammibus, & ex nubibus, minime dubitata tempestas erit expectanda. Ego fane nullis cuiquam hostibus adducar, vt quo tempore huiusmodi apparent signa, velim nauem conscendere, portumq; soluere.

1. Color cæruleus.
2. Color rubeus.
3. Color cæruleus rubro mixtus,

Fit ortu simul, & occasu solis præscientia.

1 At si solaris globus purus, & illustris extulerit, & cum rediens in nobis splendorem suum sol ex cum terris interposita cupidea abstulerit, si clarus irrequietus, & mane, & vesperi, neq; imbrium, neq; ventorum vlla impendebunt pericula.

Concluſit ex sole cognosci melius omnia quàm ex astris minoribus aut ex ventis,

2 Ad extremum quid vespertina tempora secum adferant, quibus ex partibus venti colligande serenis nubeculas, quid auster, in quatuor ſe factus, serenitatem ne præ ſe ferat, an pluuias, breuiter quid vel ſyderibus ex alijs prædiscere, vel ex ventis queas, id omne tibi ſol melius indicabit, & certius, quam aut venti, aut minora ſydera.

Digreſſio, qua mirabiliter auget Cæſaris fortuna meritis æquatam.

2 *Solem quis dicere falſum*
Audeat? ille etiam cæcos inſtare tumultus
Sæpe monet, fraudãq; & apertis ineſſe furoribus bella.
Illo etiam exſtincto miſeratus Cæſare Romam,
Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit,
Impiáque æternam timuerunt ſecula noctem.
Tempe quæ nemorum Zephyro reſonantia lucos,
Et quæ ſolitum Parnaſſia laurea circum

Obſcu-

Obscenis ritibus, imperiumque vidueres (grauis
Signa dabunt. Quoties Cyclopum efferuere in a-
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam,
Flammarumq; globos, liquefactaq; volueresaxa
Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audiit, & solitis tremuerunt montibus Alpes.
Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes
Ingens, & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis, pecudesque locutæ
(Infandum) fluxere amnes, terræq; dehiscunt,
Et mœstis illachrymat templis ebur, æraq; sudat.
Prolabit insano contorquens vertice sylvas
Fluuiorum rex Eridanus, campósque per omnes
Cum stabulis armenta tulit, nec tempore eodem
Tristibus aris exta fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor cessauit, & alta
Per noctem resonare lupis vlulantibus, vrbes.
Non aliàs cœlo cecidere plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsere cometæ.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi,
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Haemi pinguescere campos.
Scilicet & tempus veniet, cum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra rubigine pila,
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes,
Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulchris.
Dij patrij indigetes, & Romule Vestaq; mater,
Quæ Tuscum Tyberim, & Romana palatia ser-
Hunc saltem everso iuuenem succurrere sæclo (uas,
No

Ne prohibete: sæuit iam pridem sanguine nostro
Laomedontea tutmis periuria Troia,
Iampridem nobis cœlite regia, Cæsar, (Phœbi,
Inuidet, atque hominum queritur, curare triumphos;
Quippe vbi fas versum, atq; nefas: tot bella per orbem,
Tam multa scelerũ facies: nũc vllus arator (orbẽ,
Dignus honos; squalent obductis arua colonis, &
Et curua rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum,
Vicina rupta inter se legibus vrbes
Arma ferunt: sæuit toto Mauors impius orbe,
Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.

Paraphrasis.

Digressio, quæ mirabiliter anget, Cæsaris mortis atrocitatem.

[a] Quis est enim, qui solem fallacem existere, aut vanum affirmare audeat? An mirum cuiquam videri potest, hæc, quæ naturaliter, & certis quibusdam ex causis fiunt, præmoneri ab eo, & præsignificari, cùm etiam occultam sæpenumerò seditionem, priusquam oriatur, iam iam adesse innuat, insidiásque & latentem conurationem crescere commonefaciat?

Prodigia quæ Cæsaris necem præcesserunt.

[b] Ac (ne longè petantur exempla) cùm Iulius in Senatu Cæsar, crebris vulneribus acceptis, concidisset, Sol etiam dolere vicem reipub. Romanæ visus est, radiantémque faciem colore nigro, & caligine sic involuebat, vt mortales, à quibus commissum tam immane facinus fuerat, in illa defectione solis (quæ ab hora sexta ad noctem vsque durauit) meruerent, ne lucem posteà nullam vnquam aspicerent. Neque verò vnius solis, quandò interempturus fuit Cæsar, extitêre prodigia, sed terræ motus etiam, & freta profluentia, & canes horribiliter latrantes, & aues alieno tempore

1. Solis defectio.
2. Terræmotus.
3. Aestus maris.
4. Canum vlulatus
5. Volatus auium.

6. Tonitrus frequent.

porè vehementes, varia & magna dederunt ostenta. Videre frequentissimè ponimus Aetnam, sulphureum Siciliæ montem globos erigere, & euomere flammarum, in agrosque Siculos feruorem efferre, igneque solura saxa emittere. In Germania (quam Cæsar deuicerat) arborum concussio, & strepitus incredibilis exaudiri est, quasi victorem illa suum iam iam victum visura foret. In Alpibus quoque montibus aliis (Italiam qui seiungunt à Germania) noui, inusitati, terribilesque terræ motus extiterunt. Clamor cum horribilis, & aeuus, passim per syluas sacras profundebatur. Vmbræ insuper noctu rarè vagabantur, & pallore mirifico imbutæ multis apparuerunt, vespertinis temporibus. Ex (ô rem inauditam, contráque naturam) belluis etiam sermo concessus est, ac mutæ verba effudere pecudes. Fluuij præterea cursus retinebant suos, ad tempusque cessabant aquarum fluxiones. Facti sunt repentini terrarum hiatus. Statuæ fleuerunt eburneæ. Deorum simulachra sudauisse dicuntur ærea. Padus, princeps in Italia fluuius, iactatione aquarum, & agitatione ingenti, super arbores ferebatur fluitans, adeò vt secum armenta eorum vnà cum stabulis in agros vicinos raperet. Exta pecudum, & earum fibræ, calamitates maximas minitabantur. Vbique manabat in puteis ater tus quasi torrens cruoris. Luporum circa mœnia insolens erat vlulatus. Nullo alio tempore, tam crebra sereno cœlo missa sunt fulgora. Nec vnquam aliàs, crinitæ stellæ (quæ graues, & atroces rerum mutationes præmonstrent) tam multæ extiterunt.

7. Strepitus armorũ insolens.

8. Terræmotus in alpibus.

9. Clamor syluestris.

10. Vmbræ Lucifugæ.

11. Brutorum oratio.

12. Retentus fluuiorũ cursus

13. Terrarum hyatus.

14. Fletus statuarũ.

15. Sudor Imaginum.

16. Fluuiorũ profluentia.

17. Extorum minæ.

18. Fluxus cruoris in puteis.

19. Vlulatus luporum.

20. Fulgura de cœlo missa.

21. Cometarũ magnus numerus.

Eueniunt non prodigia concessa,

Ità, quasi fatali euentu, præliis, & conflictibus destinata Thessalia est, vt illinc Romani bello intestino contenderent, atque arma in seipsos ferrent. Primùm enim Cæsarem inter, & Pompeium, grauissima in campis Philippicis, & acerrima dimicatio fuit. Deinde Augustus, & Antonius, & Lepidus, Cæsarianæ mortis vindices, contra Brutum, Cassiumq; pugnabant ibidem loci. O Deum, hominumq; fidem! Sic visum

ultimo erat superis & ineuitabili necessitate constitutum, vt Thessalia ciuium Romanorum vulneribus, & cædibus cruentaretur, atque pinguis humus nostrorum sanguine fieret. Erit (prò dolor) erit dies, cum solum subigens, sulcósque findens arator, militum tela reperiet corrosa, & illuuie horrida, cumque rastrorum dentibus galeas contundet concauas, tumulisque defossis, ingentia priscorum heroum ossa stupefactus intuebitur.

Appellato Deorum patriorũ in Augusti gratiam.

O Dij Romanorum, Aenea, Iane, Faune, Rubige, Flora, & Ilia, vosque indigites, quos vulgare nominando vetat religio, tuq; parens huiusce vrbis Romule, tuque Romani mater imperij, Vesta, cuius erat simulachrum, in æde Victoriæ, quæ Thuscum, per Heturiam ex Apenninis montibus fluentem, conser- l. 4. uas, quæ Tyberim amnem Italiæ, Asciensium ex finibus decurrentem regis, quæ montem Palatinum custodis: etsi perturbatiss. fuêre superiora tempora, tamen hunc sinite nobiliss. adolescentem, Octauium Augustum Cæsarem laboranti reipub. subsidio venire, & opem ferè fessis fortissimis, concedentibus. Satis, iam satis per complures annos (Romanorum hominum cæde, à Mario, & Sylla, à Cæsare, & Pompeio interemptorum) pœnas dedimus, haud nostri, sed Troianorum periurij, à quibus originem accepimus.

Apostrophe ad Augustum quem tacitè vult Deum vdigerem fieri quia in terris pessimè viuitur.

Iampridem (Cæsar Auguste) Dij immortales mortalibus inuident præsentiam tuam, in cœlumque transferri cupiunt, quòd iustiùs sceleſtos homines punire possint, atque adeò mirantur te terrestres triumphos sequi velle, cœlestibus quandò sis dignior. Præsertim cum omnia iura diuina, atq; humana peruertantur, cum totus ferè terrarum orbis ardeat bello terrimo, cum tot vitiorum genera vbique scateant, agricultura contempta, atq; abiecta iaceat, terra, cultoribus ab aratro ad ciuile certamen ductis, vincatur fœnum, demùm instrumenta rusticorum in arma militaria cõuertantur. Vndiq; mouetur bellum, vndiq; præliis periculosiss. decertatur. Ab oriente, Parthi suorum

hominum

hominum eladem vindicare parati sunt, ab occidente, Germani, iam desciscentes à nobis rursus ad pugnam vocant. Neque cum externis tantùm crebra dimicationes fiunt, sed intestina etiam, & socialia geruntur bella, & omnis tam aguntus raptim, atq; perturbate, vt æquiss. iura negligantur, fœdera violentur, religio rumpatur & fides: Martis vis dira hisce, temporibus, horribilisq; terris omnibus existit. Omninò, quamuis habeat respub. optimum ducem, & gubernatorem, qui (ad modum tamé equorum plus, plusq; currendo cursus augetur, ità vt auriga eos a vehementi contentione plærumque reuocare nequeat: sic superiorum temporum scelera vsque adeò sunt aucta, vt nunc ea vel prudentissimus rector, atque integerrimus reprimere, aut coercere nullo modo possit.

Finis Libri primi.

IN

IN P. V. MARONIS LIB. SECVNDVM GEORG. Nicolai Grimoaldi *Paraphrasis.*

Argumentum & ordo secundi *Libri.*

Arboribus quàm sit ratio diuersa creandis,
Quot species: loca quæ sint, patriumq́; solum:
Terrarum vires, vitis cultura & oliuæ:
Et quibus oblectet rustica vita modis.

Procœmium cuius partes propositio *sunt & inuocatio.*

Aclenus arborum cultus, & sydera cæli,
Nunc te, Bacche, canam, nec non syluestria tecum
Virgulta, & prolem tardè crescentis olivæ.
Huc pater ô Lyæe (tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager, spumat plenis vindemia labris)
Huc pater ô Lyæe veni, nudataq́; musto
Tinge nouo mecum diuersis crura cothurnis.

Paraphrasis.

a Superiore libro, terræ colendæ rationem descripsimus, & quædam prognostica tum Astrologica, tum vulgaria: iam verò in hac secunda parte instituti nostri

Transitio cum argumento secundi huius libri.

stri, vites (quas quia debeßius Baccho) commemo-
rabimus, & eas arbores, quibus cohærent, & sustentantur vites, & præterea olivam, cuius admodum tarda inoculatio est.

Invocatio Bacchi.

[b] Adsis, quæso, Bacche, qui vineta tutari, & conseruare soles. Nam in præsenti opere tua res agitur, tua celebrantur beneficia, tua sunt & inuenta & dona vites, atque aliæ quæ hîc describentur, arbores. Tuum in honorem lætus exultat ager, & hoc autumni tempore existunt vites fronde, folióque insignes, & conspicuæ. Tibi harum rerum authori, ac præsidi, ferax vinea frequentissimas parit vuas, mustúmq; plenis dolijs effluit, ac redundat. Accede, inquam, optime pater, & quemadmodum ego, sic tu, reiectis calciamentis, tere pedibus vuas. Hoc age, & tua mihi munera tractanti aspira.

Narratio in sex partes distributa:

De varijs modis arborum creandarum.

[a] *Principio arboribus varia est natura creandis.*
Namque aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua veniunt, campos q̃, & flumina late
Curua tenent, vt molle siler, lentaq̃, genista,
Populus, & glauca canentia fronde salicta.
Pars autem posito surgunt de semine, vt altæ
Castaneæ, nemorumq; Iouis quæ maxima frondet
Aesculus, atq; habitæ Graijs oracula Quercus.
Pullulat ab radice aliis densissima sylua,
Vt cerasis, vlmisq̃, etiam Parnassia Laurus
Parua sub ingenti matris se subijcit vmbra.
Hos natura modos primũ dedit, hinc genus omne
Syluarũ, fruticumq̃, viret, nemorumq̃, sacrorum.
[b] *Sunt alij, quos ipse viam sibi reperit vsus.*

Hic

Hic plantas tenero abscindēs de corpore matrum
Depositit sulcis, hic stirpes obruit arvo,
Quadrifidásque sudes, & acuto robore vallos,
Sylvarumque alia pressos propaginis artus
Expectant, & viua sua plantaria terra.
Nil radicis egent alia, summúmque putator
Haud dubitat terræ referens, mandare cacumē.
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Traditur è sicco radix oleagina ligno,
Et sæpè alterius ramos impunè videmus
Vertere in alterius, mutatámque insita mala
Ferre pirum, & prunis lapidosa rubescere corna.
[c] *Quare agite, ô, proprios generatim discite cultus*
Agricolæ, fructúsq; feros mollite colendo,
Neu segnes iaceant terræ, iunctæ Ismara Baccho
Conserere, atq; Olea magnum vestire Taburnū.
[d] *Túq; ades inceptúmq; vnà decurre laborem,*
O decus, ô famæ meritò pars maxima nostræ,
Mecenas, pelagóque volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplectī versibus opto,
Non mihi si linguæ centum sint, oráque centum,
Ferrea vox, ades, & primi lege littoris oram:
In manibus terræ: non hic te carmine ficto,
Atque per ambages, & longa exorsa teneba.
[e] *Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras*
Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt,
Quippe solo naturæ subest, tamē hæc quoq; si quis
Inserat aut scrobibus mandet mutata subactis,
Exuerint sylvestrem animum cultúq; frequenti
In quascunq; voces artes, haud tarda sequentur.
Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis

Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros,
Nunc alte frondes, & rami matris opacant,
Crescentíque adimunt fœtus vrunt́, ferentem.
Iam qua seminibus iactis se sustulit arbos,
Tarda venit, seris factura nepotibus vmbram:
Pomáque degenerant succos oblita priores,
Et turpes auibus prædam fert vua racemos.
Scilicet omnibus est labor impẽdendus, & omnes
Cogenda in sulcum, ac multa mercede domanda.
Sed truncis Oleæ melius propagine vites
Respondent, solido Paphiæ de robore Myrtus.
Plantis & dura Coryli nascuntur, & ingens
Fraxinus, Herculeáq́ arbos vmbrosa corona,
Chaoniíque patris glandes, etiam ardua palma
Nascitur, & casus Abies visura marinos.
Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida
Et steriles Platani malos gessere valentes,
Castaneæ fagos, Ornúsque incanuit albo
Flore Piri, glandémque sues fregere sub vlmis.
Nec modus, inserere, atq́ oculos imponere simplex.
Nũq quà se medio trudũt de cortice gẽmæ,
Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
Fit nodo sinus, huc aliena ex arbore germen
Includunt, vdóque docent inolescere libro.
Aut rursum enodes trunci resecantur, & altè
Finditur in solidum cuneis via, deinde feraces
Plantæ immittuntur, nec longum tempus, & in-
Exiit ad cœlum ramis fœlicibus arbos, (gens
Miratúrq́ nouas frondes, & non sua poma,

Paraphrasis.

Paraphrasis

a Inprimis, triplex est genus naturalis procreationis arborum. Aut enim, sine vllo adhibito labore, vltrò & per se crescunt, eæque sunt ferè campestres, & fluuiatiles, & locis incultis prouenientes: vt filer, genistæ, populi, salices. Aut ex seminibus quacunque ratione proiectis emergunt: vt castaneæ, vt æsculus, vt quercus. Aut ex radicibus vetustarum arborum enascuntur: vt cerasi, vlmi, lauri, & aliæ nonnullæ. Et hę quidem rationes creandarum arborum ab ipsa natura datæ sunt, priusquam ars inuenta esset. Hisce tribus modis arbores omnes (in suo quæq; genere) & arbusta, & nemora florent.

Arborum procreandarū genus triplex

1. Nullo adhibito labore.

2. Seminibus proiectis,

3. E radicibus arborum vetustarum.

b Reperiuntur etiam plures formæ producendarum arborum, quas experiętia suos in vsus per artem, & methodum excogitauit. Naturæ siquidem ars addita, & industria, perficiunt eam, & omnem in partem reddunt absolutam. Primum genus (eorum quæ sunt ex arte) creandarum arborum, plantatio est, siue aulsio: quandò quis plantas de radicibus maioris arboris abscindit, aufertque terræ vt infigat. Sic seruntur sorbi, coryli, mespili, ficus, vites, & aliæ quædam. Secunda ratio est infossio, vel infixio stirpium: quandò altiùs in tellure deponuntur validiores cum radicibus plantæ, quandò trunci vel simplices, vel radicibus acuminati (vt ita dicam) terræ committuntur. Hoc in salicibus, in myrto, & alijs valet. Tertia species earum est, quæ, vt propagentur, curuaturas, & inflexos ramos desiderant: vt vites, ficus, olea, laurus, prunus, myrtus, nuces auellanæ, & prænestinæ, platanus, & omnia genera malorum. In quarta procreandi forma ponuntur arbores, quæ transferri volunt radicem vna cum terra, qua natæ sunt in alium locum. Vocatur hic modus transpositio plantariorum. Quinto loco, vbi de insitione agitur, nihil erit opus radice, satis ducet Agricola surculos amputare, & postea mandare solo. Quod ad sextam viam, vt vltimam conferendarum arborum attinet, quæ à Græcis ἀνα-

Aliæ creandarum arborum rationes, 4.

1. Plantaria de radice eulsa,

2. Infossio vel infixio stirpiū.

3. Curuatura seu inflexio ramorum,

4. Transplantatio cum natiua terra.

5. Surculi sine radice solo mandari,

6. Quæ incisio alterius arboris trunco inseruntur,

Olea cuius arboti insita crescit.

νμφὼς nominatur: annon mira res est, & quodammodò præter naturam, vt olea scisso trunco alterius alicuius arboris inserta, radices agat, & vim germinandi habeat? Atque vt sæpenumerò cernere vnius alicuius arboris frondes possimus in alterius ramos, absque vllo detrimento traduci, & commutari? Pirum videmus ita naturam suam inuertere, vt ramorũ insitorum fructus longè diuersos, id est, mala proferat: & prunum quoque sic ab indole sua discedere, vt corna producat.

Pirus naturæ obsequitur ramorum sibi, insitorum.

Epilogus cum cohortatione ad agricolas.

4 Hæc cùm ita se habeant, tantaque sit varietas in serendis arboribus: agite, agricultores, & suos in quoque genere cultus arborum cognoscite, & syluestribus ex fœtibus vrbanos facite, & vineta, & oliueta, vel in sterilibus agris parate.

Imploratio patroni Mecœnatis qua literarum studiosis, quàm requiratur magnorum virorum tutela quis non videt?

4 Tu verò Mecœnas, studiorum meorum Vnice Patrone, & vnice nostri nominis amator, & propagator, faueto mihi, & opem operámq; celerem confer-to. Equidem ea omnia, quę spectant ad arbores in hoc libello persequi, neque si possem, vellem, neque si vellem, possem. Nam cuius lingua tam est expedita, vt ad vniuersa explicanda sufficiat? Cuius ex ore tam diuinum genus orationis fluit, vt omnia complecti orando possit? Cuius vox tam firma existit, atque durabilis, vt singula percensere numerando valeat? Adsis, inquã, mi Mœcenas, & in huius instituti mei principium, propenso studio, & cogitatione, incumbas. In promptu est terrarum descriptio. Hac oratione, non te fabulosis Poëtarum portentis, non circuitionibus superfluis, nõ procœmijs longè petitis suspensum detinebo, sed & vera narrabo, & vtar compendio, & statim a re ipsa exordiar.

Natura syluestres arbores, quàm arte mites & fœcundæ fiant.

5 Arbores quæ suapte sponte veniunt, nulla adhibita humana industria, steriles quidem, & sine fœtibus, pulchræ tamen, & satis validæ nascuntur. Nimirùm vis quædam latens, & occulta naturæ bonitas inest in terra. Quanquam hijs ipsis si aut insitione succurritur, aut transpositione, aut alio modo artificio,

oso, naturalem suam asperitatem, infœcunditatemq; deponent, miteſcent, vrbanæque, & fertiles fient, demum assidua diligentia, licebit ad quamcunque legē, ordinēque reuocare. Præterea etiam arbores, ex radice quæ suppullulant, fœcundæ fuerint, si inde traductæ ponantur in loco soli exposito. Alioqui frondibus, & ramis vetulæ arboris impedūtur ita, vt (propter eius perpetuam vmbram) vel non creſcant fructus, vel certè ad iustam magnitudinem exurgere, & peruenire nequeant. Quapropter artificio vel insitionis, vel translationis, vel consimilis rationis opus erit. Quæ verò arbores ex seminibus quacunque ratione proiectis adoleſcunt, sine cultu & adhibita industria, primò, lentè admodum surgunt, deindè, per vmbras, & diuturnum situm, degenerant à pristino, & natiuo, & bono sapore, nouumque, & eum deprauatum accipiunt. Quemadmodum pirus abit in piraſtrum, & mali dulces in amaras, aliæque in alias transeunt. Quemadmodum etiam vitis ipsa neglecta, & syluestris, & in senario minimè transposita, racemos auibus non hominibus colligendos producit. Omninò enim, in quoquo genere adsit oportet opera, & assiduitas. Omnes in ordinem componendæ sunt, omnes aut inserendæ, aut transferendæ sunt, omnes ità magnis tractandę sunt laboribus, vt noſtros ad vſus aptari, & conformari possint. Sed olea infixa trunco alterius arboris prouenit fæliciùs: vites propagatione magis voto noſtro satisfaciunt: myrti non de ramo, aut ſurculo, sed de trunco altiùs humi defoſſo exurgunt. Plantatione creſcūt corylus, fraxinus, populus, quercus, palma, & abies. Iam de traductione plantariorū, aut insitione ſurculorum in terra, quid attinet commemorare? cùm hæ duæ rationes tam communes sint tam multis sine diſcrimine arboribus. Quod ad insitionem attinet, cùm, infiſſo trunco, ſurculus fœcundæ arboris ſterili inſeritur; efficere arte, & industria possumus, vt in arbuto nucem, in platano malum, in castanea syluestri fagum, in orno pirum, aliū

1. Sterilis ab radice, vel trāſlatione vel insitione.

2. E seminibus à proiectis natæ, cultu & induſtria.

3. Omnes operā & assiduitatē.

4. Olea infixa trunco alterius arboris.

5. Vites propagatione.

6. Myrti trunco altiùs humi defoſſo.

7. Corylus, Fraxinus, Populus, quercus, Palma, abies plantatione.

in quercu radices agere, & pullulare videamus, si medio ligno inciso inſigantur ſurculi.

Plures modi inſigendorum inciſæ arbori ſurculorum.

1. Inoculatio cortici cum emplaſtro.

[1] Neque verò vniuſmodi ratio eſt inſigendi inciſo ligni medio ſurculum arboris alterius, & inoculationis. Nam (vt oculorum deſcribatur impoſitio) quo loco noduli de medio cortice protruduntur & inleues diſcinduntur libros (quos γύμνους Græci nominant) ibi in ipſo nodo fit oculus, & receptaculum, tenui ramorum adacto cuneo, inter corticem & materiem. Hunc in ſinum, aut oculum plantatores includunt ſurculum, aut virgulam raptam ex alia quapiam arbore, & faciunt vt interiori cortici humido, valenti, & ſucci pleno conglutinetur, atque coaleſcat. Nam in tenui, leui, & exiccato libro inoculationi locus non eſſet. Adhiberi enim ἐπιφόρημα (quę & emplaſtratio dicitur à nonnullis) debet arboribus, quarum in cortice pinguis eſt, vdúſq; ſuccus, vtpote ſicubus, oleę, cupreſſo, & alijs eiuſdem generis. Iam alia forma eſt, aliáque via eius inſitionis, quæ non ſub cortice, nec emplaſtro, in trunco conficietur. Arborum etenim robora finduntur æqua, & plana, factáq; ſiſſione cuneis vel ferreis, vel oſſeis, non in corticem tantúmmodo, atq; librum, ſed altè in ipſum lignum, atque truncum inſeruntur fœcundi ſurculi, ex eóq; fit, poſt breue temporis interuallum, vt arbor fertilis, & frugifera in ſublime creſcat & vt mirum eſſe videatur, ex trunco veteris arboris nouas inſitas frondes, & ex alieno genere fructus prouenire.

2. Inſitio ipſi ligno arboris inciſæ.

Secunda pars Narrationis: de ſingularum arborum diuerſis generibus.

[1] *Præterea genus haud vnum nec fortibus vl-*
Nec ſalici, ſotóque, nec Ideis Cypariſſis, (mis,
Nec pingues vnam in faciem naſcuntur Olinæ
Orchites, & Radij, & amara Paniſia bacca.
Pomáq; & Alcinoi ſylua, nec ſurculus idem

Creſſu-

Cruſtumijs, Syriiſq; piris, grambúsque volemis.
[b] Nõ eadem arboribus pẽdet vindemia noſtris,
Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thaſia vites, ſunt & Maeotides albae:
Pinguibus hae terris habiles lenioribus illae,
Et Paſſo Pſythia vtilior, tenuiſque Lageos
Tentatura pedes olim, vinctúraque linguam,
Purpureae, Preciaq;, & quo te carmine dicam
Rhetica? ne collis ideo contende falernis.
Sunt etiam Aminaeae vites, firmiſſima vina,
Tmolius & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phanaeus,
Arginiúsq; minor, cui non certauerit vlla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te mẽſis, & dijs accepta ſecundis,
Transierim Rhodia, & tumidis Bumaſthe racemis.
Sed neq; quã multae ſpecies, nec nomina quae ſint
Eſt numerus, neq; enim numero cõprẽdere refert,
Quem qui ſcire velit, Libyci velit aquoris idem
Diſcere, quàm multa Zephyro turbentur arena,
Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus,
Noſſe, quot Ionij veniant ad littora fluctus.

Paraphraſis.

[a] Inſuper & vlmorum plura ſunt genera, montanæ & campeſtres: & ſalix haud vniuſmodi eſt, ſed vna nigra, alia candida: & lotos, ſeu faba varias ſpecies habet, ſatiuam, ſylueſtrem, Aegyptiam: & in cupreſſis tum mas eſt, tum fœmina. Eſt etiam oliua multiplex, vt archemorae grandes oleae quae commodiùs ad eſcam, quàm ad liquorẽ ſtringuntur, & radij, qui à longitudine radiorum nomen obtinent, & pauſia quae à ſapore appellantur, & baccas amaras edunt. Malorum quoque, & pirorum plurima, eadémq; diſparia

[a] ſingularũ arborum varia genera.

paria inter se genera comperiuntur.

Vuarũ genera.

[b] In vitibus quoque nostris, id est Italicis, magna varietas est, & natura discrepans ab alijs. Non enim eandem, quam nos Lesbij propè Methymnam vitem vindemiam habent. Sunt Thasiæ quæ solo pulverolento, tenuique sunt aptiores. Est vua Pfythiæ ex qua vltrò profluit, melior cæteris ad faciendum passum vinum. Est leporaria, subtilis, penetrabilis, citóq; se insinuans in venas, cuius liquore aliquando gustato, futurum est, vt potatoris pedes titubantes satis officium suum facere non queant. Sunt & vites colore rufo, & cocco simili. Sunt & præcoces vuæ, ante tempus maturæ, ex quibus vinum passum conficitur. Rhæticam verò quo tandem orationis genere describam? quibus verbis prosequar? Laudabone cum Catone? an cum Catullo vituperabo? Quomodocunque se res habeat, non quia laudata est a Catone, debet continuò anteponi Campano vino generosiss. atque optimo. Sunt enim in Campaniæ regiuncula vites Aminææ: vbi vina longissimum in tempus durant, quibus & Smolum vinum, & Chium cedunt. Est insuper Argitis, vua candida, minore magnitudine, cum qua contendere alia vua nullæ potest, suæ multa vini copia fundendæ, ceu vi, & virtute plurimos annos permanente. Equidem vuam illam, quæ in Rhodo nascitur insula Lyciæ, prætermittere non possum, qua tum in sacrificijs, ira Deorum placatur, tum secundis mẽsis, bellaria, dulciorãq; vina proponuntur. Nec omninò sanè silentio præterire vellem Bumastium genus vuæ crassioris, & instar mammæ cuiuspiam.

1. Lesbia.
2. Thasia.
3. Pfythia.
4. Leporaria.
5. Rufa.
6. Præcox.
7. Rhætica.
8. Campana.
9. Smola & Chia.
10. Argitis.
11. Rhodia.
12. Bumastha.

Correctio lepidiss. qua se a digressione iã lõgiore ad institutum necessariò persequendum reuocat.

[c] Sed quid ago? Quorsum tendit oratio mea? Quippe omnes formas arborum, & nomina singula, nemo percensere numerando potest. Nec ita sanè multùm ad institutum nostrum interierit, ea complecti numero, quorum communia quasi capita, & summa genera satis est notare, & animaduertere. Nam qui singula conatur in tanta varietate cognoscere: perinde facit, ac si det operam, vt arenas, fluctusque marinos

marinos numeret. Colligere vniuersa, nec vtile est nec hominis in facultate posinum.

Narrationis pars tertia: de locis quibus quæque arbores nascuntur.

a *Nec verò terra ferre omnes omnia possunt,*
Fluminibus salices, crassisq; paludibus Alni
Nascuntur, steriles saxosis montibus Orni,
Littora Myrtetis latissima, denique apertos
Bacchus amat colles, Aquilonẽ & frigora Taxi.
Aspice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoásque domos Arabum, pictósque Gelonos.
b *Diuisæ arboribus patriæ: sola India nigrum*
Fert Ebenum; solis est Thurea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam sudantia ligno,
Balsamáq;, & baccas semper frondentis Acanthi?
Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?
Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano proprior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis, vbi aera vincere summum
Arboris haud vlla iactu potuere sagittæ,
Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.
c *Media fert tristes succos, tardumq; saporem*
Fœlicis mali, quo non præsentius vllum,
Pocula si quando sæua infecere nouercæ,
Miscuerintque herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipsa ingens arbos, faciémque simillima lauro,
Et si non alium late iactaret odorem,
Laurus erit, folia haud vllis labentia ventis,
Flos apprimè tenax, animas & vlentia Medi
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis.

Para-

Paraphrasis.

Loca in quibus quæque arbores nascuntur,

1. Salices.
2. Alni.
3. Orni.
4. Myrti.
5. Vitis.
6. Taxus.

a Sed est cumprimis considerandum, quid quæq; regio proferre queat, aut non queat. Quis enim dixerit quouis in loco quiduis produci aut procreari posse? Crescunt ferè salices in terris humidis, prope amnes, ac fluuios. Alni gaudent paludibus, & luto repletis locis. Orni prouenire solent in montibus. In lutore potissimum nascuntur Myrti. Breuiter vitis (de qua nos maximè loquemur inpræsentiarum) in excelsis & apricis collibus esse vult. Taxi frigidas partes, & aquilonalem plagam requirunt.

Suam cuique arbori quasi patriam sedem esse,

1. Hebenus.
2. Thura.
3. Opobalsamum.
4. Acanthus.
5. In Aethiopia syluæ laniferæ
6. Lana serica ex arboribus tum nascens tum vulgò delibata.

b Quocunque te conuerteris, Mecœnas, & ad quamcunque mundi regionem oculos, animumque intenderis, siue occidentis partes remotissimas respicies, (quas Augustus habet Cæsar sibi subditas) siue orientem (vbi sunt Arabes) intuebere, siue septentrionem (vbi habitant Scythæ) animaduertes, videbis perfectò suam nonnullis arboribus esse natalem, atq; distinctam sedem. Hebenus apud alios nullos haberi potest, præterquam Indos, qui Asiæ partem extremam colunt, versus orientem solem. Thura populi nulli, præter quam Sabæi Arabes, ex arbore Libano mittunt. Quid dicam de opobalsamo, quod in Hierichuntide valle vmbrosa Indiæ copiosum olim erat, cuius ex oderatione suauiss. voluptas adfertur? Quid ego hic Acanthum cum suis baccis commemorem, quæ tum æstate, tum hyeme, frondes explicat, & in Aegypto, atque Cyrenaica insula plurima est. Quid referam eas arbores, quibus abundat Aethiopia, quæ pars est Africæ, Arabiam inter & regionem Aegyptiacam? Illic enim syluæ sunt laniferæ, a Græcis ἀπὸ τῶν ἐρίων nominatæ. Quid hoc in loco mentionem faciam, quemadmodum Seres, Scythiæ Asiaticæ populi, de frondibus arborum, ex lanugine & liquore mistam subtilitatem tenerrimam pectine decerpant, lanámque tenuiss. colligant, & conficiant ex ea sericum. Quid longa, & prolixa oratione prosequar illas arbores, quas profert India, vicina illi ma-

ri,

ri, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanus appellatur, & vltima præterea pars, atque diffunditur tonus Asiæ, versus orientem. Ibi etenim proceritates arborum eiusmodi sunt, vt nemo eorum (etiamsi fortissimus sagittam cumprimis nobiles, & strenuus) missa ex arcu sagitta potuerit vnquam harum cacumina superare. Quid (inquam) de hisce arboribus plura verba faciam, cùm præsertim in regionibus nostris non omninò reperiantur?

77. Arbores infinita proceritate.

Mira malorū medicorum natura & in medicamentis Virtus

* In Asia, regio quædam est vicina Persiæ, & Assyriæ, à Medo Medææ filio cognominata, quæ producit arborem, cuius pomum & succo, & sapore admodum est salutare. Nulla enim res efficacior, nullum omninò medicamentum conducibilius, ad venena pellenda (etiamsi nouercarum odio magicis carminibus fascinata fuerint) & ad repurgandum corpus inueniri potest. Arbor ipsa medica valdè magna est, & lauri formam, similitudinémque retinet, adeò vt, si non odor longè alius afflaretur ex ea, nihil penitus inter hasce duas arbores interesset. Mali Medicæ folia & æstu vigent, & virent frigore, nec vllis vnquam ventorum flatibus vel premuntur, vel decutiuntur. Flores diu manent, & ad longum tempus durant. Medi solent hijs floribus malè olentem halitum curare, & medicinam adferre senibus, qui difficulter ducerent anhelantem ex imis pulmonibus spiritum.

Digressio in Italiæ patriæ suæ laudes omnino singulares.

[a] *Sed neque Medorum silue, ditissima terra,*
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent, non Bactra neq; Indi,
Totaq; Thuriferis Panchaia pinguis arenis.

[b] *Hæc loca non Tauri spirantes naribus ignem*

Inuer-

Ouid. Fast. lib. 6. Fast. 1.

Inuertere satis immanis dentibus Hydri,
Nec galeis densisq; virûm sæpè horruit hastis:
Sed grauida fruges, et Bacchi massicus humor
Implewere, tenent Oleaq; armentaq; læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert,
Hinc albi, Clitumne greges, & maxima Taurus
Victima, sæpè tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa Deûm duxere triumphos.
Hic ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas,
Bis grauida pecudes, bis pomis utilis arbos.
At rabidæ Tigres absunt, & sæua leonum
Semina, nec miseros fallunt Aconita legentes,
Nec rapit immensos orbes per humũ, neq; tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operumq; laborem,
Tot congesta manu præruptis oppida saxis,
Fluminaque antiquos subter labentia muros.
An Mare quod supra memorẽ, quodq; alluit in-
Anne lacus tantos? te Lari maxime, teq; (fras
Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?
An memorẽ portus? Lucrino addita claustra?
Atque indignatum magnis stridoribus æquor?
Iulia quà ponto longè sonat vnda refuso,
Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Auernis?
Nec eadem argenti riuos, aríque metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virûm, Marsos pubemq; Sabel-
Assuetũq; malo Ligurem, Volscósq; verutos (lã,
Extulit: hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar,
Qui nunc extremis Asiæ iam victor in vris
Imbellem

a Lacus de Como.

Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.

[a] *Salue magna parens frugum, Saturnia tellus,*
Magna virûm, tibi res antiquæ laudis & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fontes,
Ascræumq; cano Romana per oppida carmen.

[a] Pulcra huius Laudis Materia, Tractatu digna.

Paraphrasis.

[1] At enimuerò neq; Media cum suis aureis malis, suisque operibus ac diuitijs Italiæ vlla ex parte conferenda est, neque fluuius ille Ganges Indiam duas in partes diuidens, & largitate, & nauigationis commoditate, & plurimis, maximisque piscibus longè celeberrimus poterit cum Italia contendere, Neq. Hermus, Lydiæ fluuius (vt vt aureis arenis affluat) certare cum iustis Italiæ titulis potest, Neque Bactri Scythæ vira Tanaim habitantes (quamuis bellicosi & pugnaces extiterint) comparabiles hominibus Italis videri possunt, Neque Indi (etiamsi Gryphes apud eos aurum effoderint) ad Italorum laudes aspirare valent. Neque Panchaia pars Arabiæ Soli subiecta, & consecrata, vbi tanta thuris affluentia est, vt non solùm in arborum corticibus, sed in areis etiam legi queat, neque Panchaia (inquam) regio (quamuis odoribus gratissimis abundet) cum Italiæ incredibili excellentia vel æquari, vel omninò comparari debet.

Et comparatur & antefertur aliis regionibus Italia, per enumerationem rerum earum, quæ vel delectationem spectãt, vel ad vsus vitæ necessarios requiruntur.

[b] Italiam minimè mutârunt, aut perturbârunt immanes belluæ (emittentes flammam tauri per nasi foramina, & terræ vastitatem inferentes, vt cùm sparsi per agros forent anguis feri, & importuni dentes. Nec vnquam in Italia, tanquam seges, armatorum hominum cohors enata est parata cum galeis, & hastis dimicare, quemadmodum in Colchide regione Scythiæ, aliquando euenisse dicitur. Est enim hic summa incolumitas, & summa immunitas à periculis. At contrà fœta frugibus est Italica terra, & repleta etiam optimo, & saluberrimo vino. Hanc oliueta quoque

Italia nec feris immanibus est obnoxia & cœlo temperatissimo subiecta.

Cadmi fabula, & Ouid. 4. Met. 7.

Optimæ fruges.

Vinum saluberrimum.

Equitum generosi tum bellicosi.

quoque pellim occupant, hanc pingues, & valentes boues, hic, illic vndique depascunt. Quid quod equi grandes, & generosi, & aptissimi prælijs, atque conflictibus, è campis Italicis se proferunt? Ex Italico solo albi greges equorum, & hostia primaria taurus sacro Clitumni fluento perfusi, duxêre Romanos triumphantes ad Iouis Opt. Max. templum in Capitolio.

Cœlum benignissimum.

In Italia tam benignum cœlum est, vt semper adsit verna temperies, hoc est, nec æstas calore nimio efferuescat, nec hyems obrigeat immodico frigore, sed potiùs illic tum vigeat æstas, cùm horrescat alibi bruma. Mira est fertilitas pecudũ. Bis enim vno in anno pariunt. Mira est fœcunditas arborũ. Bis etenim per vnius anni circulum fructus ferunt. Armenia, & Hyrcania, regiones multis nominibus commendatæ, tygres tamen habent exitiosas, atque violentas. Italia non item. Lybia fœlix quidem suis dotibus esse dicitur, & tamen nutrit infœlicia leonum genera. Italia non item. Scythia, fortunata sanè alioqui natio, in petris, propter Mareotida paludem, aconita gignit, & eadem Pontus quoque profert. Italia non item. Aut certè si producit huiusmodi venena tellus Italica, id ità facit, vt nemini cuiquam noceant, quia satis nota sunt, & in aperto posita. Nec verò serpentes volubiles solum Italicum terres radunt, quoties Aphricum, aut Aegyptiacũ nec tot ibi se reuoluunt in gyros serpentes, & è latibulis prorepunt, quos apud Indos, alioſq; populos licet cernere. Omninò absunt huius generis incommoda, & adsunt interim bona innumera, & præstantissima.

Perpetua veris temperies.

Pecudum fertilitas.

Arbores fœcundæ.

Armeniæ tygres.

Leones Libyæ.

Aconita Scythiæ.

Angues Aegypti & Aphricæ.

Serpentes Indiæ.

Pulchemmæ Italiæ & Augustissima ædificia.

Extant ejusmodi & plurimæ, & maximæ, & peroportunis locis constitutæ, & magnificis impensis, infinitisque sumptibus extructæ. Extant oppida nõ pauca hominum industrijs, & laboribus, in promontorijs collocata. Extant benè multi amnes, qui vel propè mœnia ipsorum oppidorum, vel intra fluunt. Quid ego nunc dicam de mari Adriatico, quod superiorem partem Italiæ versus orientem ambit? Aut de Tyrrhe-

Amnes amœnissimi.

Maria commodiss.

no freto, quod infernum vocant, quod è regione curris? Quid recenseam lacus, & stagna, tam vasta, & late patentia? Quàm magnus est Larius, propè Comum, & vicinus Alpibus? Quantus est Benacus fluctu, instar Veronam, qui undarum, & montibus & fragoribus tempestates imitatur pelagi? Quales sunt portus? qualia sunt in Baiano sinu Campaniæ à Iulio Cæsare facta obstacula, quibus à Lucrino lacu pars maris excluditur: Ità vt iam fretum ipsum repulsum à solita licentia stridoribus prodat indignationem suam, vbi præclusum maris iter contra oppositas a Iulio moles impetum facit, vbi feruidus accessus, & inundatio Tyrrheni pelagi breue spacium habet, quo per Auernum lacum pisces intrare queant. Sunt in Italico solo reconditæ argenti, æris, aurique venæ.

Lacus.

Portus.

Argenti venæ minerales.

Italia plurimis in locis viros fortes, & bellicosos, gignit, & procreat, vt Marsos, Sabellos, Ligures laboribus, & asperis rebus assuefactos, & Volscos, vtrubus, fadisque pugnare solitos. Italia tulit, & produxit Decium patrem, qui cum Latinis pro rep. decertabat, & filium, qui cum Hetruscis pugnabat fortiter, & nepotem, qui Pyrrhi se telis obiecit. Italia progenuit Marios, qui contra Syllam, pestem patriæ, bella gesserunt. Italia Camillum enutriuit, qui de Gallis sublata signa reuocauit, & capitolij defensor acerrimus fuit. Italia edidit Cn. & Publium Scipiones, duo fulmina belli, quorum Publius maioris Africani pater fuit, Cneius verò, Scipionis Naticæ, viri cotim Senatus censura, optimi. Quid multis moror? Italia te, Auguste inuictiss. atque optime, nobis dedit, qui iam, te benè gesta, in remotiss. Asiæ partibus, dum Indos ab imperio Romanorum vi & virtute bellica propulsas, timidos eos facis, & meticulosos.

Quales viros & quantos imperatores Italia produxerit, cum neminem latere possit, principem eam esse regionem cui tandem nō perfusum est?

O benè tibi sit, Italia Saturno quondam habitata, multarum gentium nutrix, fœcunda frugibus, repleta viris, omni laude cumulatis. Tuam in gratiam Agricolationis artem profiteor, qua nec vlla præstantior existit, nec antiquior. Neq; dubitaui sacros Mu-

Epilogus in quo & patria fummis fortunis, & opus hoc patriæ claritudini deuouetur.

sarum fontes aperire hominibus nostris, & carmen Georgicum, ab Hesiodo primum Græce vsurpatum, lingua Latina pangere, atque conscribere.

Pars quarta Narrationis: de natura, virtute, & affectionibus terrarum.

[a] *Nunc locus arvorũ ingeniis, quæ robora cuique,*
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis,
[b] *Difficiles primum terræ, collesque maligni,*
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus arvis,
Palladia gaudent silua vinacis Olina.
Indicio est tractu surgens Oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis siluestribus agri.
[c] *At quæ pinguis humus, dulcique vligine læta,*
Quique frequens herbis, & fertilis vbere campi,
Qualem sæpe cana montis conualle solemus
Despicere, hunc summis liquitur rupibus amnis
Fœliceisque trahunt limum, quique editus austro,
Et filicem curvis invisam pascit aratris,
Hic tibi prævalidas olim multoque fluentes
Sufficiet Baccho vites, hic fertilis vnæ,
Hic latici, qualem pateris libamus & auro,
Inflauit cum pinguis ebur Tirrhenus ad aras,
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
[d] *Sin armenta magis studium vitulosque tueri,*
Aut fœtus ouium, aut vrentis culta capellæ,
Saltus, & Saturi petito longinqua Tarenti,
Et qualem infœlix amisit Mantua campum,
Pascentem niueos herboso flumine cygnos,
Nõ liquidi gregibus fontes, non gramina desint
Et quantum longis carpent armenta diebus,

Exigua

Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Nigra ferè & presso pinguis sub vomere terra,
Et cui pulvis solum (nāq; hoc imitamur aranda)
Optima frumentis, non ulla ex aquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iumentis.
Aut inde ira tus sylvam domuxit arator,
Et nemora euertit multos ignava per annos,
Antiquasq; domos auium, cum stirpibus imis
Eruit, illa altum nidis petiere relictis,
Aut rudis enituit impulso vomere campus.
Nam ieiuna quidem clinosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias, roremque ministrat,
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Cetta, negant alios aque serpentibus agros
Dulcē ferre cibum, & curuas præbere latebras.
Quæ tenuē exhalat nebulā, fumósq; volutat,
Et bibit humorem, et cùm vult, ex se ipsa remittit.
Quæq; suo viridi semper se gramine vestit,
Nec scabie, & salsa lædit rubigine ferrum,
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos,
Illa ferax Oleæ est, illam experiere volendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem dives arat Capua, & vicina Vesevo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus acervis.
Nunc quo quæq; modo possis cognoscere dicam,
Rara sit, an supra morem se densa requiras,
Altera frumētis quoniam fauet, altera Baccho.
Densa magis Cereri, tenuissima quæque Lyæo,
Antè locum capies oculis, alteq; iubebis
In solido puteum demitti, omnémque repones
Rursus humum, & pedibus summas æquabis arenas.

Si deerunt, yarum pecorique & vitibus abuti
Aptius ager erit, sin in sua posse negabunt
Ire loca, & sterilibus superabit terra repleri,
Spissus ager: glebas cunctantes crassaque terga
Expatia, & validis terram proscinde iuuencis.
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix, ea nec mansuescit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis sua nouina seruat.
Tale dabit specimen nam sisso vimine quales,
Colaque prælorum fumosi deripe tecti.
Huic ager ille malus, dulcesque à fontibus undæ
Ad plenum culcentur, aquæ elui abitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ.
At sapor indicium faciet manifestus, & ora
Testatur: tristi non quibit amittere amorem.
Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto
Discimus, haud vmquam manibus tractata fatiscit,
Sed picis in morem ad digitos lenescit habenda.
Humida quæ arcet herbas alit, ipsaque iusto
Latior, alumnis ne sit mihi fertilis illa,
Nemo precabitur primis ostendat aristis.
Quæ grauis est, ipso tactu se ponderæ prodit,
Quæque leuis, prompte est oculis prædiscere nigra.
Et qui sit color, aut scitu quæ sit arata requirere fri-
Difficile est. Picea tantum, taxique, nocentes (gus
Interdixere, aut Hederæ pandunt vestigia nigræ.

Paraphrasis.

De fundi cuiuslibet viribus & virtute.

Iam vt ad rem redeam, & propositum persequar, ipse orationis cursus, & ordo postulat, vt deinceps, & ingenijs scrutandis verba faciam, quæ vires

ac virtutes, quas affectiones, & qualitates, quam denique conditionem, & indolem habeant: quo facilius intelligi possit, quæ terra quibus rebus proferendis aptior esse videatur.

Terræ parùm fertiles, & malè ferentes fructum, solum oleæ cetera nihil bonoris habente, & glarea, & dumis refertæ producere plærumque solent oliuam Mineruæ dicatam, & in ducentos annos (Authore Theophrasto) crescentem. Id quod indicat olea syluestris, eiusmodi regione, & plaga tam frequens, vt passim repleatur eius baccis agri. Olim ducentos annos crescit.

Verùm terra pinguis, natura semper humida, herbosa, natiua vbertate abundans, qualem solemus in valle conueri (quum eò defluunt ex montibus præruptis aquæ, trahúntque secum vliginem) & ille præterea campus, qui soli expositus, & obiectus est meridiano, & filicem habet, herbam atratro molestam, vites tibi amplas abundè ministrabit, vinóque copioso redundantes; & vuas etiam fœcundas feret, & vina demùm eiusmodi, cuiusmodi in lautissimis sacrificiorum epulis adhiberi aureis in poculis solent: Vt cùm à Thusco tibicine victimarum carnibus benè pasto, tibijs canitur, ad aurem sacerdotis, & cùm sacrifici animalium exta elixa, pateris incauis altaribus imponunt. Terra vinetis idonea.

Sed si tibi videtur potiùs laborandum, quo pacto curare, & defendere ab inedia possis armenta, & pecora, vt vitulos, vt agnos, vt capellas, quæ, quicquid momorderint, exhicant, & arefaciunt, loca mõtosa, & syluestria cape, cuiusmodi est terra Tarentina, læta quidem illa, & fœcunda, cuiusmodi etiam agri Mantuanis deiectis eripuit Augustus, ac veteranis militibus per strigas, & scamna distribuit, vbi cycni pascuntur herbis, propter flumen irriguis: frequentes ibi sant fontes; puri, & salutares, ibi gramina frequentia, ibi tantumdem herbarum, & roris, æstiuis & contractioribus noctibus restituitur, quantum bouès, equi, vaccæ, & eius generis animalia, vel prælongis Terra pascuis accommodatia.

longis antea diebus consumpserunt.

Terra frumentis congruens.

Quæ fusca terra est, & post vomerem in eam altius depressum, pinguis, neq; nimium concreta, & solida, sed putris, & dissipabilis (quod summoperè in arationè spectari solet) ea demum ferendis frugibus, ordeo, tritico, farri, maximè conuenit. Ausim equidè affirmare, nullo alio è campo, maiore cum difficultate, & labore, tantam frugum copiam, & abundantiam, domum à iumentis in horrea conduci, ac deportari, quanta ex huiusmodi terra prouenire solet. Nouales etiam ager fœtus frumentis euadet, ex quo Agricola, in fœcunditate diuturna offensus, abstulit arbores inutiles, cùm fructum nullum adferrent, sed nidis tantummodò præberent locum. Atqui illud ipsum macrum, & exile solum aratro si proscindatur, fructuosum & ad segetes producendas habile fiet.

Terra frumentis inepta. Intelligit Rosmarinū herbā, non rorem aquæum.

Nam sicca quidem terra, & sterilis, vt glareosa (quæ vix lentas herbas, propter apes, & rorem aquæum mellis conficiendi causa, sufficit) apta proferendis frugibus esse qui potest? Asperum etiam solum, & cauernosum (in quo frequens tophus appareat) producere frumenta fœliciter nequit. Cretosa verò loca, magis idonea sunt noxijs, & pestiferis alendis chelydris quam suppeditandis frugibus. Rerum rusticarum scriptores (vt Nicander, & Solinus) affirmant, nullos alios agros tam commodè aut pastum, aut latibula præbere serpentibus, quàm huiusmodi solent, cuiusmodi iam descripsimus.

Terra quæ rerum variarum capax fieri potest.

Ea demum terra, quæ natura tam putris est, vt vapores emittat, & halitus, quæ tam irrigua est, vt aquas recipiat, quæ tam rara est, vt receptum humorem in partes diffundat, quæ tam est vliginosa, semper vt herbas sua sponte virescentes habeat (ad summum) quæ nec tam salsa, nec amara est, vt rubigine vomeri noceat, ea (inquam) terra texendis vineis, conserendis oliuis, pascendis gregibus, frugum quæ fomenti, valdè idonea est, & opportuna. Tres agros ibi usmodi commemorare possum in patrio solo, nempè

in

in Campania primus propter Capuam extitit, alter uti Vesuuium, postremus prope Acheruntos.

Substantiæ terrarum varia.

b Hactenus terrarum dissimilitudines, in diuersis proferendis fructibus, & multiplex earum vsus patefactus est, in iumentis scilicet pascendis, in oleis, in vineis, in frugibus progignendis. Nunc reliqua discrimina persequar, & qua ratione, vuaquæuis terra internosci, & explorari queat, expediam. Si discernere cupias, raráne terra sit, an plùs æquo densa, (hoc autem quæri a quoquam potest, quia densa frumento, rara viribus magis conuenit) si scire, inquam, velis quæ tenuis terra, quæ spissa sit: primùm omnium, eligat tibi locum plenum, & solidum, minimè que cauernosum, vbi facies, vt effodiatur puteus profundus, pòst, eádem ipsa terra implebis foramen denuò, & summas partes conculcando solidabis. Iam si arenæ deficiant, ità vt cauitatem replere non queant, rarum illud solum iudicandum erit, quia particulæ motu compunguntur magis: Pascuis igitur, & vineis videbitur accommodatius. Verùm si effossæ arenæ in puteum reponi, & reduci non poterunt, & cauea semel impleta, supersit adhuc terra instar tumuli, ager ille quidem densus est, in quo frequentium partium arctiss. est conglutinatio. In illo reperientur graues glebę, & aratori molestæ, & lyræ magnæ ab aratro proiectę. Erit idcirco frumentaria, & non sine validis iuuencis proscindenda.

Differentiæ terrarum.

Terrarum varię qualitates.

c Terra verò, quæ salsum habere saporem dicitur, & acerbum, frumento serendo incommoda (neque enim vlla cultura domari, & apta fieri poterit, vel ad segetes, vel ad vites, vel ad arbores pomiferas producendas) hoc indicio, & experimento probabitur, & documentum dabitur sui. Cape calathos spissi viminis, & corbes, qui supponuntur prælis, quibus vua calcata premitur (inquam (dico) huiusmodi vimínea vasculæ tectis, vbi seruantur in futurum vindemiæ, ne pluuia putrescant. In hæc effossæ glebæ ex terra, cuius periculum facere voles, conijciantur, & aquæ dulcis macerem-

Experimentum falsæ terræ.

macerentur. Tum ità subigere, & calcare oportet, vt inde distillans humor exeat, cuius ex sapore terræ qualitas statim sentietur, dulcissne fuerit, an amara, an salsa, an alia quæpiam. Quòd si forte scire cupias, pinguis terra quæ sit, hac demum ratione discerni, & deprehendi poterit, propterea aquæ manibus versata, & prouoluta non dissoluitur, sed in tractando, digiti (more picis) cohæret, & quasi conglutinatur. Humida verò terra (quæ ité tactu cognoscitur) vberiores herbas sustentat, aut pinguis, aut arida, sed tamen luxuriat supra modum. Optandum potiùs est, vt ne herbæ pluspuam oportet prouenientes, spem frumentorum adimant, neue in tenera (vt aiunt) herba, ea sit luxuries, quæ futuris frugibus noceat, quámq; tenues cuipi ferre non queant. Terra grauis, & ea quæ leuitatem habet, suis ponderibus facilè secernuntur. Nigra verò, & candida, cuiusiabet coloris terra sub ipsum aspectum eadit, neque vllo alio sensu, vt percipiatur, indiget. Atqui non est ità in promptu, de frigido solo statuere. Signa solummodò dant huiusmodi agri, si crescant in ea piceæ, & venenosæ taxi, nonnunquam etiam (sed non id omninò) nigræ hederæ indicant in terris inesse frigiditatem.

Experimentū pinguis terræ.

Discretio terræ humidæ.

Experimentū terræ grauis & leuis, nigræ & candidæ.

Quinta pars Narrationis: de cultu vinearum præcepta 19.

a *His animaduersis, terrã multò antè mementō*
Excoquere, & magnos scrobibus concidere mon-
Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas: (tes,
Quàm letum infodias vitis gens optima puri
Arua solo: id venti curant, gelidæque pruinæ,
Et labefacta monens robustius ingerat fossor.
b *At si quos haud vlla vires vigilantia fugit:*
Antè locum similem exquirunt vbi prima parent
Arboribus seges, & quo mox digesta ferantur, (cur

Mutata

Mutata ignorent subitò ne semina matrem;
Quemadmodum Cœli regionem in cortice signant,
Vt quoque eque modo steterit, qua parte calores
Australes tulerit, qua terga obuerterit Axi,
Restituant: adeò in teneris consuescere multum
Collibus, an plano melius sit ponere vites (est.
Quare prius: si pinguis agros metabere campi,
Densa sere, in densis non segnior vbere Bacchus,
Sin tumulis accliue solum, colleſque supinos,
Indulge ordinibus, nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.
Vt sæpe ingenti bello cum longa cohortes
Explicuit legio, & campos teuit agmen aperto,
Directæque acies ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus, nec dum horrida miscent
Præla, sed dubius mediis Mars errat in armis:
Omnia sunt paribus numeris dimensa viarum,
Nō animum modò vti pascat prospectus inanem,
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra, neq; in vacuū poterunt se extendere rami.
Forsitan, & scrobibus quæ sint fastigia quæras?
Ausim vel tenui vitem committere sulco.
Altius, ac penitus terræ defigitur arbos, (ras
Æsculus in primis, quæ quantum vertice ad auræ
Aethereas, tantum radice in Tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres
Conuellent, immota manet, multòsque per annos
Multa virum volucris durando sæcula vincit,
Tum fortes late ramos, & brachia tendens
Hinc illinc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.
Nive tibi ad solem vergant vineta cadentem,

5 Neue

g *Neue inter vites corylum sere:*
h *Neue flagella*
Summa pete, aut summas defringe ex arbore (plantis
(Tantus amor terræ.)
i *Nec ferro lædere retuso*
Semina.
k *Neue olea sylvestres insere truncos.*
Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis,
Qui furtim pingui primùm sub cortice tectus,
Robora comprendit, frondésque elapsus in altas
Ingentem cœlo sonitum dedit inde secutus
Per ramos victor pérque alta cacumina regnat,
Et totum involuit flammis nemus, & ruit atram
Ad cœlum picea crassus caligine nubem,
Præsertim si tempestas à vertice sylvis
Incubuit, glomerátque ferens incendia ventus.
Hoc, vbi non à stirpe valent, cæsæque reverti
Possint, atque ima similes renascescere terra,
Infelix superat foliis Oleaster amaris. (amaror,
l *Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat*
Tellurem Borea rigidam spirante movere.
Rura gelu tum claudit hyems, nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima vinetis satio est, cùm vere rubenti
Candida venit avis longis invisa colubris,
Prima vel autumni sub frigora, cùm rapidus sol
Nondum hyemem contigit equis, iam præterit
m *Ver adeò frigidis nemorum, ver vtile sylvis, (æstas*
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes

Mag-

m Ver.

Magnus alit, magno commissùm corpore, fœtas
Ama tum resonant avibus virgulta canoris,
Et Veneremo certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris
Laxat arva sinus, superat tener omnibus humor,
Inque nouos soles audent se gramina tutò
Credere, nec metuit surgentes pampinus austros,
Aut actus cœlo magnis aquilonibus imbrem,
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.
Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumue habuisse tenorem
Crediderim. ver illud erat: ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri,
Cùm primùm lucem pecudes hausere, virúmq;
Ferrea progenies duris caput extulit arvis,
Immissæque feræ silvis, & sydera cœlo.
Nec res hunc tenerâ possent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigúsque calorémque
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras. (grot,
Quod superest, quacúq; premes virgulta per a-
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terrâ
Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode con-
Inter enim labuntur aquæ, tenuisq; subibit (chas
Halitus, atque animos tollent sata, famq; reperti,
Qui saxo super, atq; ingentis pondere testæ
Vrgerent hoc effusos munimen ad imbres:
Hoc vbi hiulca siti findit canis æstifer arua.
Seminibus positis super est deducere terram,
Sepius ad capita, & duros iactare bidentes
Aut presso exercere solum sub vomere, & ipsa
Eluctare lucantes inter vineta iuuencos.

Tum

¶ Tum leues calamos, & rasę hastilia virgę,
Fraxineásque aptare sudes furcásque bicornes,
Viribus eniti quarum & contemnere ventos
Assuescant, summaśq; sequi tabulata per ulmos.
¶ Ac dum prima nouis adolescit frōdibus ętas,
Parcendum teneris, & dum se lętas ad auras
Palmes agit laxis per purum immissus habenis,
Ipsa acie falcis nondum tentanda, sed unci
Carpendę manibus frondes, interque legendę,
Inde, ubi iam validis amplexa stirpibus ulmos
Exierint, tunc stringe comas, tunc brachiatōda
Antè reformidant ferrum: tunc denique dura
Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.
¶ Texendę sępes, etiā, & pecus omne tenendū est,
Præcipuè dum frōs tenera, imprudensq; laborum
Cui, super indignas hyemes, sólémque potentem,
Syluestres uri assidue, capręaque sequaces
Illudunt, pascuntur oues, auidæq; iuuencę
Frigora nec tantùm cana concreta pruina,
Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas,
Quantum illi nocuere greges, duriq; venenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
¶ Non aliā ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cęditur, & ueteres ineunt proscenia ludi,
Præmia quę, ingentes pagos, & compita circum
Thespiade posuere, atque inter pocula lęti
Mollibus in pratis unctos saliere per utres.
Nec non Ausonij Troia gens missa, coloni
Versibus incomptis ludunt, risuq; soluto
Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis:
Et te, Bacche, uocant per carmina lętę, tibiq;

Oscilla

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu,
Hinc omnis largo pubescit vinea fetu:
Complentur valles cauæ, saltusq; profundi,
Et quodcunq; Deus circum caput egit honestum.
Ergò rite suum Baccho dicemus honorem
Carminibus patrijs, lancesq;, & liba feremus,
Et ductus cornu stabit sacer Hircus ad aram,
Pinguiáq; in verubus torrebimus exta colurni.
Est etiã ille labor curandis vitibus alter, (tanmis
Cui nunquam exhausti satis est: nãq; omne quo-
Terq; quaterq; solum scindendum, glebáq; versis
Aeternùm frangẽda bidentibus, omne leuandum
Fronde nemus, redit agricolis labor actus in or-
Atq; in se sua per vestigia volvitur annus. (bem
Et iam olim seras posuit cum vinea frondes,
Frigidus & sylvis aquilo decussit honorem, (num
Iam tum acer curas venientem extendit in an-
Rusticus, & curuo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens, fingítq; putando.
Primus humum fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto,
Postremus metito. bis vitibus ingruit umbra,
Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ,
Durus vtérque labor. laudato ingentia rura,
Exiguum colito. nec non etiam aspera Rusci
Vimina per sylvam, & ripis fluuialis arundo
Caditur inculta q; exercet cura salicti.
Iam vincla vitesq; jam falcem arbusta reponunt,
Iam canit extremos effœtus vinitor antes.
Sollicitanda tamen tellus, pulúsq; mouendus,
Et iam maturis metuendus Iupiter vuis.

Para-

P Tum leues calamos, & rasæ hastilia virgæ,
Fraxineásque aptare sudes furcásque bicornes,
Viribus eniti quarum & contemnere ventos
Assuescant, summásq; sequi tabulata per vmbras.
¶ Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas,
Parcendum teneris, & dum se lætas ad auras
Palmes agit laxis per purum immissus habenis,
Ipsa acie falcis nondum tentanda, sed vncis
Carpendæ manibus frondes, interque legendæ.
Inde, [illegible]
Exile
Anti
Exam
Tam
Prac
Cui s
Sylue
Illuda
Frige
Aut
Quæ
Dum
Non
Cadit
Pra[illegible]
Theseide posuere, atque inter pocula læti
Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.
Nec non Ausonij Troia gens missa, coloni
Versibus incomptis ludunt, risúq; soluto
Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis
Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibiq;

STAIN
PAGES

Oscilla

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu,
Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu.
Complentur vallesque cavæ, saltusque profundi,
Et quodcunq; Deus circum caput egit honestum.
Ergò rite suum Baccho dicemus honorem
Carminibus patrijs, lanceq; & liba feremus,
Et ductus cornu stabit sacer Hircus ad aram,
Pinguiáq; in verubus torrebimus exta colurni.
Hæc ibi ille labor curandis vitibus alter, (tanus

Vmma per syluam, & ripis fluuialis arundo
Caditur inculta q; exercet cura salicti,
Iam vincti e vites, jam falcem arbusta reponunt,
Iam canit extremos effœtus vinitor antes.
Sollicitanda tamen tellus, pului q; mouendus,
Et iam maturis metuendus Iupiter vuis.

Para-

Paraphrasis.

De cultu vinearum præcepta 19.

* Terrarum naturis, & vitiuribus, & affectionibus iam præceptis & cognitis: statuentur exempla, quibus, præcepta de agrorum varietatibus ad serendas vites accommmodari possint. In primis curandum est, vt ne crudum sit solum, sed tenerum factum & calore solis, & frigore borealibi, hoc est, vt in locis, ideneis Rustici fodiant scrobes, terra proscissa iacear hyemalibus coquenda frigoribus, vel per anni spatium, antequam plantare vites conentur. Tellus enim mollificata, & solubilis aptissima vitibus est, eaq; sit partim vi ventorum maximè septentrionalium, partim beneficio vinitoris, (sic enim vocant) qui arua bipalio fodit, subigitque, fossaque, & subacta, discutit atque dissipat.

2. Præceptum falcos faciendos, anno antequam serantur vitis.

b Verùm si qui sunt nati coloni, & industrij, antequam arbores transferre, & à loco in locum traducere volunt, diligenter videbunt, vt ager ille (in quo semina noua, & plantæ nouæ inseruntur) non sit ei rei ingenio, vel facilitate dissimilis, vndè vitiaria propago adferebatur, ne fortè plantaria derepentè translata, non in maternum quasi gremium, sed in alienum sinum venisse videantur.

2. Præcepti: Locus vbi plãtantur vites eiusdem naturæ sit cum eo vbi crescebant priùs.

3. Præceptum: eandem cœli partem spectare debet vitis translata quam & primò nascens.

c Præterea, diligens agricola notat, & designat vitis in cortice versus quam partem cœli anteà steterat, vt, quemadmodum vel ad septentriones, vel ad meridiem spectabat, ita denuò figatur in terra. Vetus enim consuetudo, naturæ vim obtinet, & prima quæque tenaciùs hærere solent.

4. Præceptum: de interordinio vitium faciendo.

d Iam vt de interordinio (vt vocant) vitium faciendo dicatur, vide primum, & expende, commodiùsne fit in locis planis, an montuosis, conferere, ac plantare vites. Quòd si in terra pingui metas terminandi gratia, dispones, non ità valdè magna spatij mensura, in arborum ordinatione, requiretur. Nam æquè vigebunt vites paruis interuallis positæ in vbere lætoque & campestri solo, ac si raris atque disiunctis digererentur. Sin autem terram saltuosam, & quæ in altum assurgit,

assurge, eliges ad faciendam vineam, da operam, vt in ordinem adducantur, & disponantur in quincunxem. Id fit, quando secundi ordinis arbores ita statuuntur, vt figuram quincuncialem seruare ad inuicem videantur. Quemadmodum sæpenumerò in hostili dissensione, & summa ope conflato bello, milites distributi sunt in legiones, in aciemque producta multitudo est, ad dimicandum parata, & iam longè, latéque resplendet campus heroum armis æneis, sed sistitur tamen agmen, nec dum conserunt manus, atque Mars, velut incertus videtur, eósne inflammet ad prælia, an ad concordiam redire sinat, & ad conditionem pacis adduci: Quemadmodum (inquam) in exercitu armati inter se distant, aut quatuor cubitorum interuallo, aut duorum: ità vineæ quidem moderanæ laxiorē mensuram, campestres verò arctiorem ordinationem admittent. Loca sint oportet certo, & æquali numero seiuncta, & separata, non aliter quàm astites à subiectis, & præstitibus intersunt, qui vt appositi fuerint, ita ordinem, & locum suum tenent. Deniq; conseruetur eiusmodi series, ac dispositio, vti non solùm eius aspectus vacuam mētem, & rebus pulchris gaudentem oblectet, verùm ob id etiam fiat, quia constipatis vitibus deesset virtus. Nam neque terra sufficeret ad sui copiam tot pariter congestis arboribus præbendam, aut æquale nutrimentum impartiendum, neque rami nimia densitate impediti crescerent, sed se inuicem viticulæ suffocarent. Quocirca pro terrarum varietate sumenda spatia, & interualla discriminanda erunt, putà, in tenui solo, si pedum fiat octonorum, in præpingui quaternorum, aut interdum etiam senorum.

Comparatio bellica.

Æquali vinum interualla.

Pro terrarum varietate spacia facienda.

5. Præceptum quàm profundi scrobes fieri debeant.

Quoniam de terra diligenter fodienda, sulciſq; ducendis, mentio facta est, quærat ex me fortasse aliquis, quàm alti, & profundi scrobes fieri debeant. Equidem non dubitabo, vitem etiam tenui, & haud ita profundo sulco (præsertim in exili solo) mandare. Arbores autem (quibus cohærent vites) altiùs in terram infigunntur,

Aesculi radix, frondes, & perduratio.

infiguntur, penitúsq; recondantur. Maximè verò Aesculus, cuius radix tantùm descendit inferné quantum corpus totum eminet supernè. Adeo enim tenuiter agit radices, vt neque tempestatum, neque ventorum, neque pluuiarum vis vlla eam reuellere, aut labefactare possit. Imò stat inconcussa, nec remouetur omnino. Et per longos recursus temporum, multas hominum aetates transfigens, diuturnitate non superatur. Praetereáque ita multiplices frondes explicat, ità paulos ramos diffundit in varias partes, vt arbor ipsa sibi quàm maximum praebeat vmbraculum.

6. Praeceptum.

Iam quod ad coeli regionem, centrúmque pertinet: versus meridiem, non ad occidentem solem vergant oportet vineae.

7. Praeceptum: vitibus corylea non inserenda.

Ad haec nunquam sunt commiscenda vitibus corylea, quorum radices (quia frequentes sunt, & plus requirunt alimenti) vitibus officiunt plurimùm.

8. Praeceptum: de sarmentis vitiariis.

Insuper emuncida sarmenta, nequaquam in summo cortice, sed in parte vitis infima, putanda, & abscindenda erunt. Surculus enim cui terrae affuerit est, eidem denique debet inseri.

9. Praeceptum: de Instrumento putatorio.

Tum etiam in resecandis turionibus, ne instrumento vtaris, cuius acies hebetata est, quia vites vulneratae arefient, atque morientur.

10. Praeceptum Oleas & oleastra inter vites non serenda.

Praeterea, etiam atque etiam canebis, quisquis es vinitor bonus, ne vel oleam, vel oleastrum, inter vites, & arbusta inserantur. Nam cùm molestissimum quiddam viti est, tum etiam neq; ignem facilius quicquam concipit, neque difficilius remittit. Et quidem saepenumerò fit, vt negligentes pastores, & alias res agentes, igniculum sibi excidere sinant: qui primum quidem clàm oliuae sub densso cortice latitans, pòst, ipsum arborum truncum inuadit, & occupat, tum cùtendens sursum, ac perueniens ad frondes, magnum in aëre crepitum, & fragorem concitat, demum, absumptis frondibus, vineae se infert ramis, & supremis partibus, totáque arbores ardore implicat, & obruit incendio, atque ad coelum vsque emittit, & proiect caligine

caligine nigra (instar picis) collectam ex fumo imbem. Maximè si ventorum vis, vehementsque impetus, à septentrione in syluas ingruat, flammámq; flatu deijciat in truncos, & indè in vicinas arbores. Hoc si quando euenerit, ipsæ oleæ nequaquam poterunt à stirpe renascescere, sed recisæ, & amputatæ, rursus consimili modo adolescere valebunt. Ita sterilis, & infœcundus oleaster dominatur, extinctis oleis, & cum suis amaris folijs supersit.

11. Præceptum, spirante austro vites serendas esse.

[1] Neq; verò adducendus es vllis cuiusquam hortatibus, terram vt fodias ponendarum vitium, gratia, spirante borea. Cùm enim sunt septentrionales venti, tum ferè bruma terram gelu contrahit & constringit, itá vt neque vitis radix congelata, neque surculus aliquis solo inseri queat. Quarè nec hyeme, nec flante borea, sed motante se austri spiritu, conserendæ vites erunt, ac, eo anni tempore, quo aduentare solet auis quædam, Ciconia, odio serpentes quæ habere, atque deglutire dicitur. Aut etiam satis benè, & commodè licet plantare vites, medio in autumno, cùm neque adhuc adest bruma, & æstas iamdudum abijt.

F Gressiuncula, quæ veris tempora, & descriptionem, & amœnitatem, & commoditatem comprehendit.

[2] Vere, viret vnum quodq; nemus, vere, vna quæque arbos germinat, Vere, Tellus, quasi grauida fœta, turgescit, & gremio mandata semina recipit. Tum temporis, aër tepidus (fœcundus cùm sit imbribus) in terram defluit, atque delabitur. Tunc, Iupiter (cuius omnia plena sunt) fusus per omnem terrarum orbem, omnes fœtus nutrit, & sustentat. Tunc, lætiff. & incredibili quadam auium harmonia resonant loca syluestria. Tunc, statis temporibus, ad naturalem coniunctionem belluæ (procreandi causa) feruntur. Terra iam tunc parturit, quas aliquandò pariet fruges. Viscera Telluris, tum, tepido calore Fauonij resoluuntur. Mollis quoque, & naturalis humor tum abundat, & affluit. Eo tempore facilè, ac sine omni periculo, crescunt herbæ. Eo tempore, frondes vitium non habent austros sibi molestos, non pluuia, non grandine, non vento, non vllis tempestatibus infestantur: sed

proferunt quosdam veluti oculos, atque diffundun-
tur patulis ramis. Quis dubitet, vernam temperiem
rebus adolescentibus, & procreandis aptissimam esse?

Rerum hanc vniuersitatem vere tempore exordium cepisse,

Ego quidem facilè in animum induco meum, hanc (quam cernimus) rerum vniuersitatem, non alio, quàm vere tempore, exordium cepisse, quo genialis calor, idemq; moderatus regnat. Id certè tempus, quod erat in ipso mundi principio, vernum fuit. Initium magnæ reuolutionis totius mundi, tempus agebat vernum. Non Euri, aut noxij venti, suos spiritus, frigidos quidem illos, & asperos emittebant, nulla spirabant hyberna flamina, eo tempore, quo primùm huiusce luminis vsuram acceperunt animantia, quorum genus hominum iactis è lapidibus ortum, & prognatum fuit, quo belluis repleta nemora erant, quo stellis exornatum cœlum emicuit. Neque verò res adhuc recens genitæ, in tam discordi (vt ità dicam) concordia (vbi cum calidis frigida, cum siccis pugnabant humida) sibi constare potuissent, si eos huiusmodi temperies (cuiusmodi existit in vere tempore) frigus, & calorem, amico vinculo coniunxisset, si non aëris tranquillitas, & grata illa cœli clementia (quæ in vere cernitur) fouisset terras.

12. Præceptū: quomodo semina vinearica sint in regesto deprimenda.

* Quod de colenda vinea docendum restat, quicunque tu semina (siue viui radices, siue malleoli fuerint) demerges humo, priusquam ea scrobibus inseris, stercorentur atque terra in sulcos regesta operiantur. Vel etiam lapides arenarij, vnà cum testis concharum infodiantur ibidem loci, aut propter admittenda spiramina & euaporationes, aut propter irrigationem. Etiam qui diligentiores sunt coloni, semina saxo, aut testa contegunt, contra pluuias hyemales, & caniculares æstus.

13. Præceptū: nouellæ vineæ repastinatio.

* Peracta iam positione seminum, & depressis in regesto plantis, reliquum est, vt dicatur, quo pacto iterum pastinanda vinea, & refodienda sit. Vitium itaque positarum capita circumfodienda sunt, & leguminibus discutiendæ glebæ. Secunda facienda fossura cir-

& ad arationem secundam adhibendi erunt iuuenci petulci, & validi.

14. Præceptis vitium putamentis.

Præterea, teretes, & leuigati calami, & virgę decorticatæ, & sudes, & furcæ, & quæcunque arbusculorum sustentacula (siue arundines, siue perticæ, siue pali, siue valli, siue statumina dicantur, siue vnico hęc omnia vocabulo pedamina nominentur) fieri, & conformari debent: primùm, vt eorum adminiculo, & præsidio, natura debilis extollatur viticula: tum, vt his sulta viribus, ventorum sustineat impetum: postremò, vt ad arborum fastigia, quibuscum coniungitur, erratico lapsu serpat.

15. Præceptis de vineæ pampinatione.

Putanda non est nouella vitis, sed cum primùm pubescit, ac prosilit, rami, si qui luxuriant, haud erunt falce incidendi, satis erit superflua, & mollia sarmenta vnguibus decerpere. Posteà verò, cùm iam solidioribus truncis adoleuerint, & iustum robur crassitudinis acceperint: tum reseca pampinos, tum falce vinitoria præcide ramos adultos, tum ferro vitem coërce, quò robustiores palmites agat. Nam priusquam frondes sursùm elati fuerint, falcem vineaticam pati non queunt.

16. Præceptis sepimento vallandas vineas, vt via pecudibus intercludatur.

Ad hæc, vineam sepimento aliquo cingere, & munire oportebit, vt contra bellùarum ingressu clausa, & munita existat, maximè, dum adhuc tenella vitis est, miniméq; assueta malis, aut incommodis. Cui, præter sęuas tempestates, & nimium feruorem solis, boues agrestes (quales in Hercynia Germaniæ sylua reperiuntur) & capræ (quæ passim vineta insequuntur) admodum nocent. Oues insuper depascunt vites, ac iuuencæ quoque, magna cibi auiditate, depopulantur vineas. Neque enim frigoris acrimonia, neq; caloris vehementia, tantum detrimenti vitibus adferunt, quantum caprarum, animaliumq; morsus, cùm scilicet nota dentis in corroso stipite apparet.

Digressio ad Orgya Bacchica.

Atque adeò, non alio nomine, caper pro victima, vbique terrarum, offerri solet Baccho, quàm quia mordet vites, & abrodit. Nec alia de causa, hircus

propositum primum Tragœdia apud Athenienses fuit. Non aliud ob crimen, in agris herbosis, per sacculum ex corio hirquino factum, & vino repletum, saltabant rustici. Romani etiam, quemadmodum à Græcis originem traxerunt, sic & hanc eorum consuetudinem sibi arripuerunt, vt inelegantibus rythmis, tympanisq; sonantibus canerent, rusticosq; cachinnos tollerent, faciemq; personam velantes, prodirent inuerso schemate, & vt hymnos in honorem Bacchi personarent, & ad risus excitandos imagunculas appensis arboribus, instar membrorum virilium, ore lingerent. Vnde originē Bacchanalia cœperint.

Ex his sacris ritè peractis, maxima vini abundantia consequitur. Loca tum plana, tum montuosa, tum alia omnia plena fiunt, & referta vitibus, idq; Bacchi propitij munere, atque beneficio, qui sacrificantes respicit, eorumq; rebus opitulatur. Quæ cùm ita sint, & Bacchi benignitate compleantur omnia, meritò eidem sacra (pro more) faciemus, latina pangentes carmina, & redundante vino, cibum quoq; adferemus, & hircus altare Baccho extructum imbuet, atq; ex eius carnibus igne tostis coëpulabimur.

17. Præceptū de anna tollitone vinearum, in quibus commodè fieri possit, & de frondium amputatione.

Multa sunt a nobis de vite præcepta, & tradita, sed adhuc supersunt plura. Nullius fere labor curandæ vineæ sufficiat. Quæuis enim terra vineis consita frequenter est aranda, per annos singulos, arborumq; plantæ circumfossa cauea muniendæ sunt. Et vnaquæq; vitis frondibus superuacuis spolianda erit, vt botri solem excipiant. Per vniuersum anni curriculū, suæ sunt agricolis laborum vicissitudines. Annuus agricolum labor perpetuo ductu currit, & perenni fluxu: & quemadmodum annus ipse (quasi annulus) à se progreditur, denuóque in se reuertitur: ita, vbi finis est vnius vindemiæ, ibi alterius est exordium. Nam vt in idem punctum signi sol rediens, quo egressus erat, anni spatium conficit: sic vinitoris negotio terminum dat noui laboris principium.

18. Præceptū de ablaqueanda post vindemiam, & putanda vinea.

Atque adeò sub finem autumni, aut circa idus Octobris, quandò vites spoliantur frondibus, & ve-

tus arborum comas iam rapuit, num diligens, & industrius agricola in posterum tempus sibi prospicit, & silue, putatoria superfluas radices, quæ per æstatem succreuerant, abscindit ne inutili propagatione succus ipsi matri necessarium eripiant, deniq; putando componit, ablaqueatam vineam.

1 In opere faciendo, exercendisque laboribus, te primum esse conuenit, vt, in resectis palmitibus domum ad comburendum deportandis, vt in vitium sustentaculis sub tectum referendis, ne marcescant pluuia, vt in terra diligenter colenda, vt in ordinibus dissuendis, in detringendis furculis, in reponendis seminibus, in sepes faciendis, in aliisq; plurimis negocijs in colligendis autem fructibus, & vindemiando, sis omnium vltimus. Bis pampinandum esse, arguit vmbra pampinea. Bis runcandum esse, (hoc est) & vere & autumno, argumento sunt inutiles herbæ pullulantes. Ac multum sane operæ, studijq; ponendum est, tum in herbis euellendis, tum in secandis frondibus. Quapropter satius erit, mea quidem sententia, minus serere, & melius arare. Vel si largum, lateq; patentem fundum habeas, ad pascua, aut ad serendas arbores, aut ad alios vsus accommoda. Exiguus ager, diligenter cultus, satis ad frumenta, vitesq; producendas, fructuosus erit. Suscipiuntur etiam labores circa ruscum amputandum, & excidendam arundinem, atque adeò, propter vites, cura nos etiam sponte nascentium rerum fatigat. Interdum vites ad palos ligatæ sunt, interdum putatæ sunt, nec falcem requirunt, interdum vineæ curator, labore defatigatus, anteriores ordines vinearum canendo laudat. Nimirum, finito negotio, gaudet rusticus. Et tamen non deest, quo se rursus exercere debeat, & versetur in perpetua contentione corporis. Nam etsi vinitor ablaqueando, & putando diligentiam præstiterit, vel in extremis antibus, tamen, subinde sollicitanda terra bipalijs erit, & imminutæ glebæ ad capita vitium eruot applicandæ. Atq; hisce rebus omnibus peractis

19. Præcepta In labore primum, in vindemia postremum esse oportere.

Minùs serendi lepius arandi.

Exiguus ager bene cultus & prudentè narratur, & locupletem reddit agricolam.

adhibitisque laboribus, præcauendum est industria & religione maturè succurrendum, ne imber sub tempus vindemiæ vuas penè maturas ità corrumpat, vt marcescant omninò, ad nihilumq; redigantur.

Narrationis pars sexta: de cultura olearum & arborum præterea complurium.

[a] *Contrà, non vlla est oleis cultura, neque illa*
Procurum expectant falcem, rastrósq; tenaces,
Cùm semel heserunt arvis, aurasq; tulerunt.
Ipsa satis tellus, cum dente recluditur vnco,
Sufficit humorem, & grandes cũ vomere fruges.
Hoc pinguem, & placitam paci nutritor olivam.
Poma quoq; vt primùm truncos sensere valere,
Et vires habuere suas, ad sydera raptim
Vi propria nituntur, opisq; haud indiga nostræ.
Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit
Sanguineisque inculta rubent auiaria baccis:
Tendentur cytisi, tedas sylua alta ministrat,
Pascuntúrq; ignes nocturni, & lumina fundunt:
Et dubitant homines serere, atq; impẽdere curam?
[b] *Quid maiora sequar? salices, humilesq; genistæ,*
Aut illa pecori frondẽ, aut pastoribus vmbram
Sufficiunt. sæpémque satis, & pabula melli,
Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Nariciaq; picis lucos, iuuat arua videre,
Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.
[c] *Ipse Caucaseo steriles in vertice sylvæ,*
Quas animosi Euri assiduè frangunt, feruntq;,
Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum

Nauigi-

Nauigijs pinos, domibus cedrósque cupressósque.
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana pallustris
Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas.
Viminibus salices fœcundæ, frondibus vlmi,
At myrtus validis hastilibus, & bona bello
Cornus: Ithyreos taxi torquentur in arcus,
Nec tylia leues, aut torno rasile buxum, (to.
Non formam accipiunt, ferróque canantur acu-
Nec non & torrentē vndam leuis innatat alnus
Missa pado, nec non & apes examina condunt
Corticibúsq; canis, vitioso ę illicis almo. (vmst?
Quid memorandū æquè Baccheia dona tulerē
Bacchus & ad culpam causas dedit ille furentes
Centauros læto domuit, Rhœtúmque Pholúmq;,
Et magno Hylæum Lapithis erat ere minantem.

Paraphrasis.

Multum operæ, ac laboris in curandis vitibus consumenda est, oliuæ autem facilis est cultus, & nullius propè negotij. Vitis enim per singulos annos, potari debet, ne sylueſcat sarmentis, & nimia fundatur in omnes partes. Oliua verò postquam adulta fuerit, & valentior facta, atque vim ventorum sustinere iamassueuerit, neque falcem putatoriam, neque rastra postulat. Oliuetum si ligone fodiatur, ad oleas, cæterasq; in eo satas arbores irrigandas aptum reddatur, sin aratro quoque vertatur, non oliuarium modò, sed frumentarium etiam fieri poterit. Hac de re cures velim oliuam, diligenterq; colas, præsertim cùm sit fertilis, & etiam quietem, tranquillitatemque significet. Arbores præterea pomiferæ simul atq; adoleuerint, & ferè acrimoniam æris potuerint, nec iam sustentaculis vllis indigent, suapte virtute augescunt, & ascendunt

De cultura oleorum & arborum præterea complurium aliarum

Egregiam offitij curam esse oportet.

dunt mirum in modum, ita vt omnem humanam operam, aut industriam facile contemnere posse videantur. Et quanquam eisdem subsidio, diligentiaq; nostra opus non sit, nihilò tamen minus producunt castaneas nuces, mala, cerasa, & id genus alia, atque adeò ih cornis, in sorbis, in arbutis, multisq; aliis stationibus sit, vt etiam nullo adhibito labore nostro, fructus syluestres (colore ipso maturitatē arguente) proferant. Metuuntur insuper pro pecoribus cyceri. Creicut abundè arbores resinatæ, cuiusmodi sunt piceæ latiq; pinus, abies, larices, ac tædæ: quæ quidem aut oleo, aut picc, aut cera perunctæ (instar faculæ) per noctem ardent. Si ergo ex arboribus sponte nascentibus maiora capiant emolumenta rustici, quam vel ex vitibus, quibuscum tantum habent negotij, non satione, non transpositione, non omnibus denique modis ex arte creandarum arborum assiduè vtentur?

Vel minimas res in rustico negotio non parui esse emoluuenti.

Quid ego maiores res vtilitatis in medium proferam, cùm etiam minima, & humillima quæq; maximo sint vsui? Salices quidem, & genistæ in multis prosunt, frondium copiam præbent ad satianda pecora Pastoribus vmbracula suppeditant ad defendendos nimios solis ardores, sepimentis faciendis conducunt plurimum, apiarijs mirificè conferunt, & melli colligendo sufficiunt ex flore pabulum. Non vtile modò sed & iucundū est aspicere Paphlagoniæ montem Cytorum buxo abundantem, eāque motā vento æstus imitante vndarū. Nec fine voluptate piceæ spectantur arbores, quibus Ithaca, Vlyssis patria, refertissima esse dicitur. Non potest nō id nos oblectare, cùm terras incultas, & neglectas nequaquam carere suis commodis, voluptatibusque videamus.

Nō in asperrimis quidē regionibus arborem vllam reperiri quæ nulli vsui possit inseruire,

Sunt in Caucaso monte Scythiæ, in aliisq; nonnullis asperrimis montibus arbores odoratæ, ac steriles, crebris ventorum flatibus expositæ, & tamē suos quæq; fructus adferunt. Ex pinu præterea naues conficiuntur, ex cedris, & cupressis extruuntur ædes. Ex arboribus sponte venientibus fieri solent radij rotarū, hemisphæ-

hemisphærica tecta, & operimenta cuiusuis, atque trabes infimæ, quibus fundantur naues. Salices pro fœtu dant vimina, ex quibus fiscellæ, corbes, aliique vasa texuntur, agricolis quæ sunt valdè necessaria. Vimi, quæ cum vite magnã societatem coire solent, sunt frondosæ admodum. Ex myrto ea, quæ alba est, & nigra, fieri possunt fortiss. tela bellica. Cornus etiam præsertim mascula, firmissimam habet materiem, vndè conficiuntur arma. E taxo formari queunt arcus optima pulcherrimaq; forma, cuiusmodi sunt apud sagittarios maximè insignes, Cœlosyriæ Ithyræos. Itemque tiliagina materies aratri iugo faciendo, & cuneis, & cistis, & mensis, & asseribus longarum nauium, aliisque rebus plurimis perquàm apta est, & idonea. E buxo pixides, lagenæ, tibiæ multiforatiles (vt ità dicam) multáque toreumata, & instrumenta cõformari poterunt. Alnus quoque, quantumuis sicca, & fragilis, & à quouis fluuio sumpta, nauigijs extruendis accommodata esse solet. Quid multis moror? Etiam arbores putrefactæ, & carioſæ, non vacant suis commoditatibus. Ilicis etenim cortices vetustæ, & excauatæ, in apiarijs locum habent.

Epilogus Epiphonema elegantissimum complectens: cùm in cultu vinearum labor tantus, in fructu vini periculum non minus comperiatur, prudentiùs in oleis quàm vitibus colendis operam collocasi.

4 Hæc, & alia quædam existunt plurima plurimarum arborum commoda, & emolumenta. Ecquid in vitibus inueniri simile, aut pari laude dignum potest? Imò verò vinum plus mali, quam boni hominibus dedit multorúmque scelerum, & flagitiorum caput extitit. Vinum in causa fuit, cur Centauri (dum bacchati vinolenti voluerunt) ab Hercule sobrio necarentur. Inter quos Rhœtus, & Hylæus, in Pholi Centauri ædibus, inter pocula, contendebant cum Lapythis, qui in furiosam vinolentiam inciderunt. Intelligendũ est igitur in comparandis, excolendisque vitibus, multum esse negotij, in earúmque fructu sumendo, multum esse periculi; cùm interim oleæ, cæteræq; arbores, quæ sponte propemodum nascuntur, & sine vlla difficultate, aut labore curentur, & etiam, absque vllo incommodo, sua commoda præbeant.

Egref-

Egressio laudes vitæ rusticanæ complectens.

O fortunatos nimium, bona si sua norint
Agricolas, quibus ipsa, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus undam,
Nec varios inhiant pulchra testudine postes,
Illusaque auro vestes, Ephyreiaque æra,
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno:
Nec casia liquidi corrumpitur vsus olivi:
At secura quies, & nescia fallere vita,
Dives opum variarum, at latis otia fundis,
Spelunca, vivique lacus, at frigida Tempe,
Mugitúsque boum, mollesq; sub arbore somni,
Non absunt, illic saltus, ac lustra ferarum,
Et patiens operum, parvóque assueta iuventus,
Sacra Deum, sanctiq; patres. extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.
Me verò primùm dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero, ingenti percussus amore,
Accipiant, cælique vias, & sydera monstrent,
Defectus solis varios, lunæq; labores,
Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis, rursúsque in se ipsa residant,
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Sin, has ne possim naturæ accedere partes,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis,
Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes,
Flumina amem, sylvásque inglorius: ô vbi campi

Sperchi-

Sperchiúsque & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta: ô, qui me gelidis in vallibus Æmi
Sistat, & ingenti ramorum protegat vmbra.
Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitúmq; Acherontis auari.
Fortunatus & ille deos qui nouit agrestes,
Panáq; Siluanumq; senem, nymphásque sorores.
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro,
Non res Romana, perturbatæq; regnaque ipse
Aut doluit miserans inopē, aut inuidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
Sponte tulere sua, carpsit: nec ferrea iura,
Insanúmque forum, aut populi tabularia vidit.
Sollicitant alij remis freta cæca, ruúntq;
Inferrum, penetrant aulas, & limina regum.
Hic petit excidijs vrbem, miseroſq; penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.
Condit opes alius, defossóq; incubat auro:
Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantē
Per cuneos (geminatur enim) plebisq; patrūq;
Corripuit: gaudent perfusi sanguine fratrum,
Exilióque domos, & dulcia limina mutant,
Atq; alio patriam quærunt sub sole iacentem.
Agricola incuruo terram dimouit aratro,
Hinc anni labor, hinc patriam paruóq; nepotes
Sustinet, hinc armenta boum, meritóſq; iuuencos.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus:
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,

Pronun-

Prouentúque oneret sulcos, atq; horrea vincat.
Venit hyems; feritur Sicyonia bacca trapetis:
Glande sues lati redeunt, dant arbuta syluæ,
Et varios ponit fœtus autumnus, & altè
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
Interea pendent dulces circùm oscula nati,
Casta pudicitiam seruat domus, vbera vacca
Lactea demittunt, pinguisque in gramine læto
Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi.
Ipse dies agitat festos, fusúsque per herbam,
Ignis vbi in medio, & socij cratera coronant:
Te libans, Lenæe, vocant, pecorisq; magistri
Velocis iaculis certamina ponit in vlmo,
Corporáque agresti nudat prædura palæstra.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:
Hãc Remus, & frater: sic fortis Hetruria creuit
Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,
Septémque vna sibi muro circumdedit arces.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & ante
Impia quàm cæsis gens est epulata iuuencis,
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat,
Nec dum etiam audierant, inflari classica, nec
Impositos duris crepitare incudibus ensès. (dum
Sed nos immensum spatijs confecimus æquor,
Et iam tempus equum fumantia soluere colla.

Allec.

Paraphrasis.

Conclusio secundi lib. quæ & solas & sũmas habet laudes vitæ rusticanæ.

a Quàm fælices, & beati sunt agricultores, si suas ipsi commoditates rectè perpendant? quibus terræ fœcunditas plus reddit quàm accepit, passumq; non per maria quærendũ, sed per agros abundè suppeditat, ideòq; sine

sine discordia: cùm interim ciues haud absque iurgijs & rapinis, annonam acquirant. Habent (fateor) angustas potius casas, & exiles caulas, agricolæ, quàm ædes amplas, aut latè patentes areas, quæ magnam turbam multitudinémque continet, paratam ad salutandum dominum prima & secunda hora matutina.

Neque verò, tanquam lupi hiantes expetunt magnificè constructas domos, quemadmodum vrbani faciunt. Neque Attalicas vestes exposcunt, quibus in vrbe delectantur, supra modum. Neque vasa Corynthia desiderant, quæ frequenti sunt in vsu ciuibus. Neque cupiunt in lanis ascititium, aut nouum intingi colorē, sed natiuum & suum, togámq; pictam negligunt, neq; vnguento delibuti redolent, vt in ciuitate fieri consueuit. Ciues cupidi sunt rerum nouarum, sunt factiosi, & studiosi partium. Agrestes contrà securi quiescunt, & summa cū tranquillitate, vitam degunt. In ciuibus, cordis, & linguæ dissidiū deprehenditur, in eorúmque vita cōmuni, simulatio regnat, & dissimulatio. Rustici viuūt sine fuco, sūntq; simplici, & aperto pectore. Ciues vix minimā partē earum rerum, vllo artificio, & labore consequi possunt, quarum opulentia naturaliter abundant rura. Causas dant litibus apud ciues controuersię de communi pariete, de tectorum vmbraculis, de stillicidijs, de aquæ ductubus: inter agrestes verò, quibus est satis magna fūdorū amplitudo, nihil vnquā tale in iudiciū adducitur. In vrbibus, multi sunt canales, sentinæ multæ, multę lati in ærure autem, passim amœnissim in antris delirescere licebit. Nunquā hic desunt lacus natura profluentes, cùm ciuibus vix adsit stagnū, aut puteus, aut fossa. Existunt rure arboribus consita loca, & vmbrosa, & frigore iucunda, & fontibus irrigua, & ea demū, quæ cum Iēpe, amœnissi. Thessalię loco, possint cōtendere. Ipse mugitus boum gratior est rusticis, quàm sua ciuibus vel tuba, vel buccina. Quàm dulcem somnum capiunt pastores, (id quod negatur ciuibus) quando sub arbore patulis diffusa quasi cymia dormiunt? Scatent hic sylvæ ferarum altrices &

1. Vrbis asperitia.
2. Sumptuosus vestitus.
3. Vasa aurea.
4. Colores fucati.
5. Tumultus.
6. Dolus malus.
7. Vel de rugis lites.
8. Impurus aer & canales fœtidi.
9. Ruris vmbracula amœnissima.
10. Somnus minimè interturbatus.
11. Arbusta simè delectabilia.

& aptæ venatoribus, in vrbe, non item. Coloni etiam ipſi perpetuis laboribus aſſuefacti, & incredibili tenuitate victus contenti, temperatiſſimam vitam viuunt, qui verò vrbes habitant, delicatè degunt, ac molliti, & omni luxuria diffluunt. In ciuitatibus reperiuntur nouarum ſectarum authores, qui deſciſcunt à vera caſtóque Dei cultu, & ad hominum inſtituta, mendaciaque deflectant. Homines ruſtici doctorum ſuorum inſtitutionem, atque diſciplinam, & à teneris (vt aiunt) vnguiculis imbibunt, & arctè, mordicúſque tenent. Ad nutum parati ſunt venerandis patribus obtemperare, & obedire magiſtratibus. Iam olim Aſtræa, impietate & ſcelere mortalium alienata, & offenſa relinquere volens terras, & cœlum petere, pulſa ciuitatibus locum, vbi pedem poneret, aut aliquandiu remaneret, nullum (præterquam apud agricolas) inueniſſe dicitur.

4. Corporis valetudo ex victus moderatione.

5. Nullæ ſeditiones.

6. Soli pietatē colunt ruſticani.

Virgo de ſuprēis terris.

O animũ Virgilii vere generoſum qui præ literis omnia ſordes exiſtimabit.

Quàm iucunda cognitio philoſophiæ naturalis.

Nullum vitæ genus præter literarum ſcientiam ſibi magis quàm ruſticum arridet.

[b] Quod ad me quidem attinet, cupio maximè in ſtudijs ſcientiæ, cognitioníſque verſari. Nam vt Muſarum ſacerdos ſum, ità literas, Muſarum inuenta, ſummo amore proſequor. Et cùm inultæ res in Philoſophia graues, vtiléſque ſunt, tum periucunda cognitu videntur, quæ de occultis rerum cauſis, interpretes, ſpeculatoréſque naturæ tradunt. Quàm iuuat orbium, ſyderúmque cœleſtium motus, curſuſq; conſiderare? Quanta voluptas eſt, & infixarum certis locis, & errantium ſtellarum motus, progreſſiones, inſtitutioneſq; notare, & animaduertere?

[a] Pulcherrima cognitio eſt, atque doctrina, de defectione ſolis, ac lunæ, de mari fluente, & refluente, de ortu, obitúque aſtrorum, ſignorúmque cœleſtium, de inæquabili varietate dierum, & noctium. Sed, ſi pro ingenij mei tenuitate non puſſim aſpirare ad tantarum rerum ſcientiam, certè ex omnibus artibus, quæ in actione conſiſtunt, Agricultura mihi potiſſimùm arridet. Atque, ſi Philoſophus eſſe non potero, agricola ſaltem fieri volo. Optimùm verſari in eiuſmodi locis, cuiuſmodi Spherchius eſt,

Theſſa-

Theſſaliæ fluuius, aut etiam Taygetus, Laconię mons, aut Hemus, Thraciæ. Næ illi fœlices, qui Philoſophiam adepti ſunt, quo bono nullum optabilius, nullum præſtantius, neque datum eſt mortalium generi Deorum conceſſu, atq, munere, neq; dabitur. Diuina illa eſt acies animi, qua ad rerum diuinarum, humanarumque naturam, cauſáſque penetratur. Beati Philoſophi, qui cauſas, & effectus rerum naturæ intelligunt. Quicquid enim terrori eſſe poſſit, ſiue fatum, ſiue Orcum ſuo cum ſodalitio, ſiue aliud quiduis, illud omne ſapientes facilè contemnunt, vt quod & cauere, & auertere poterunt. Secundum Philoſophos autem, haud ſcio, an vlli homines agricultoribus fœliciores exiſtant, qui non naturalium quidem rerum, nec ciuilium, ſed Deorum agreſtiũ notitia contenti ſunt. Nihil hos delati à populo honores mouent, nihil regia trabea ſollicitat, nihil ex auaritia, & ambitione nata contentio perturbat. Nec ad necem vſque contendunt de hæreditate regni, quemadmodum Romulus Remum interfecit, & Antonius fratrem materno in ſinu necauit. Non ſtudent amplificandis imperij finibus, ſicut Daci cum ſocijs ſuis, Iſtri accolis, faciunt. De imperiorum, & regnorum ſerie, non ſunt vſque adeò ſolliciti, & anxij. Nimios animorum motus, perturbationéſque fugiunt. Auaritia, & cupiditate vacui ſunt. Non miſerè metuunt paupertatem tanquam malum, nec alterius diuitijs macreſcunt, ſed agrorum, arborúmq, fructubus victitant. Liberi ſunt à contentionibus forenſibus, neque cum cauſidicis, & rabulis in foro, negotium illis intercedit. Agricola deditus eſt ſoli ſtudio colendi agri, cuius fructibus familiam alit vniuerſam.

Philoſophiæ præſtantia planè diuina. Vid. ca. 2. de off.

Et ruſtica proximò vita præſtantiſſima.

Nulla ambitio.

Nullũ homicidium.

Nulla dominandi ſitis.

Nulla paupertatis metus.

Lites nullæ.

Vitæ ciuilis innumeræ calamitates.

4 Ciues verò, alij aliarum rerum cupiditatibus auferuntur: Sunt, quibus placet periculoſa nauigatio, curſúſque maritimus. Sunt, qui prælijs gaudent, & conflictibus. Sunt, qui principibus viris obſequi ſummoperè ſtudent, ad eorumque arbitrium, & nutum, ſe totos fingunt, & accommodant. Non

deſunt,

Tumultus frequentissimi,

desunt, qui euertendis vrbibus delectantur, vt, spoliatis demùm hostibus, gemmato poculo bibant, Tyriaque purpura dormiant. Inuenitur etiam, qui diuitias accumulat, & abscondit, & congestæ pecuniæ inhiare solet. Habentur in vrbe Oratores panegyrici, qui summorum virorum maxima moti admiratione, & obstupefacti, alios quoque, qui audiunt in eorum ipsorum admirationem traducere conantur. Reperiuntur ibidem Poetæ Comici, atque Tragici, qui hoc vnum in votis habent, vt, quæ faciunt fabulas, in Theatris proponantur, atque populo placere, & plausum a Senatoribus mereri possint. Gestiunt quidam locupletiorem hæreditatem vel ex fratrum internecione reddere, etiamsi, pòst, ob eam rem cogantur solum vertere, & alibi exulare. Cupiditates rerum commutabilium, & fluxarum, ambitionésque regnant in ciuitatibus.

Oratores panegyrici,

Poetæ gloriosi.

Mutuæ fratrũ internectiones.

Vitæ rusticanæ voluptates infinitæ,

• Rustici contra, vnico, eodemque acerrimo agri diligenter colendi studio concitantur, & flagrant, vt hinc rempub. sustentent, familiam alant, & armenta, pecoráque nutriant. Agricolæ nunquam sunt desides, nec otio mancipati, semper segnitiem, socordiámque fugiunt, semper habent, quo se detineant occupatos. Necesse est enim, vt de frugibus, fœtibúsque colligendis cogitent. Aestate, in carpendis pomis, aut in fœtura, aut in copiosa messe, & replendis horreis versabuntur. Neque verò deerunt, quibus etiam hyemali tempore coloni exerceantur. Tum enim vtuntur agricolæ trapetis, ad olei copiam comparandam, glãdibus pascunt sues, postremò arbuta legunt. Autumni autem quis dicat suis carêre commoditatibus? Tum varij variarum arborum fructus decerpendi sunt. Tum vindemiandæ vuæ. Ita nullum anni tempus relinquitur, quo vacuus à labore reperiri agricola possit, si tamen labor potius, quàm voluptas illi est, in re tam vtili, & fructuosa omnem curã, cogitationem, operamque ponere, nec pluribus negotijs, cupiditatibusque distrahi. Accedunt certè jucundissima quædam oblectamenta,

Aestate poma decerpuntur.

Hyeme trapetis olea comparatur.

Autumno fruges colliguntur.

ſtamenta, quæ (ſi qui ſunt, aut vidēnur eſſe) labores facilè leuant. Nam, præter externa commoda & oblectationes, domi habent ad complexus & oſcula currentes chariſſ. liberos, qui aut rari ſunt in vrbibus, aut peſte, alióue caſu abſumuntur. Domum ſeruat caſta coniux, non (vt ferè in vrbibus) impudica. Vaccarum ex vberibus diſtentis copia lactis fluit, cuius apud ciues inopia eſt. Hœdos habent petulcos, qui vrbanis deſunt. Agricola feriatur, ſumma cum lætitia, Bacchóque ſacrificat plenis poculis, opilionibúſque certamina ſtatuit, præmiaq; proponit & iaculatorum, & luctatorum. Libetne audire quanto in precio habita inter priſcos homines agricultura fuerit?

Amplexus & oſcula pudicæ coniugis atque liberorum.

Vaccæ.

Hœdi.

Feriæ.

Vitam ruſticam, & agreſtem, antiquiſſimi quidē Italię populi, & indigenæ Sabini diligebant, amabant, maximi denique faciebant. Romulus inſuper & Remus, qui primi Romam, vrbem Italiæ nobiliſſimam, habitauere, hoc genere vitæ, ante omnia, delectabantur. Thuſcia quondam quidem Italiæ totius domina, & ad Syculum vſque fretum imperans, his artibus erat; & agreſtibus viuendi modis, ad tantam rerum amplitudinem, ac poteſtatē euecta. Hac ratione, ſepticollis Roma Thuſciæ caput, vniuerſi terrarum orbis princeps & regina euaſit. Quinimò, ſi volumus ab initio repetere, & ruſticanæ vitæ originem indagare, ante Iouis argenteam ætatem (qua primùm mactata ſunt armenta) aureo in ſæculo, (cùm nec incepta bella, nec inuenti gladij fuerunt) agricolæ vita ſummoperè colebatur. Sed quandoquidem immenſam nos materiam, latiſſimēque patentem, oratione abſoluimus, iàm parcendum ingenio propè defatigato, modulandoq; carmini ſtatuendus eſt modus.

Ruſticam vitā eſſe antiquiſſimam.

Romulus & Remus,

Tota Thuſcia,

Denique omnes primò terræ, tum homines, tum nationes hanc ante omnes alias, & eligebant vitā & colebant.

IN P. V. MARONIS GE. ORGICORVM LIB. TERtium Nicolai Grimoaldi *Paraphrasis.*

ARGVMENTVM.

De vaccis, tauris, vitulis, & equis, & equabus,
Et pullis sermo est: quíque in amore furor.
Quænam ouium, quæ sit caprarum cura, canúmque
Qui morbi: pestis quod ferat atra malum.

Liber III.

TE quoque, magna Pales, & te memorande canemus
Pastor ab Amphryso: vos silua, amnésque Lycæi,
Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia iam vulgata. quis aut Eurystheа durum
Aut illaudati nescit Busyridis aras?
Cui non dictus Hylas puer? & Latonia Delos?
Hippodomáq; humeroq; Pelops insignis eburno
Acer equis? tĕtanda via est, qua me quoq; possim
Tollere humo, victorq; virûm volitare per ora.
Primus ego in patriam mecum (modò vita supersit)
Aonio rediens deducam vertice Musas.
[b]Primus Idumæas referãtibi Mantua palmas,
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens vbi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.

In

In medio mihi Cæsar erit, templúmque tenebit.
Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi, Alphæum linquens, lucosq; Molorchi,
Cursibus, & crudo decernet Græcia cæstu.
Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ
Dona feram: iam nunc sollennes ducere pompas
Ad delubra iuuat, cæsosq; videre iuuencos,
Vel scena vt versis discedat frontibus, vtque
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.
In foribus pugnam ex auro, solidoq; Elephanto
Gangaridum faciam, victoris, & arma Quirini,
Atq; hic vndantem bello, magnumq; fluentem
Nilum, ac nauali surgentes ære columnas.
Addam vrbes Asiæ domitas, pulsumq; Niphaten,
Fidentémque fuga Parthum, versisq; sagittis,
Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa,
Bisque triumphatas vtróque ab litore gentes.
Stabunt & Parij lapides spirantia signa,
Assaraci proles, demissaque ab Ioue gentis
Nomina, Trósq; parens, & Troiæ Cynthius auc-
Inuidia infelix furias, amnémq; seuerum (thor.
Cocyti metuet, tortósque Ixionis angues.
Immanémq; rotam, & non exuperabile saxum.
Interea Dryadum syluas, saltúsque sequamur
Intactos: tua Mæcenas haud mollia iussa:
Te sine nil altum mens inchoat: en age segnes
Rumpe moras, vocat ingenti clamore Cithæron,
Taygetique canes, domitrixq; Epidaurus equorum:
Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas,

Cæsaris & nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.

Paraphrasis.

Propositio simul, & inuocatio Deorum pastoralium.

Pales.

Apollo.

Pan.

Euristheus.

Busiris.

Hylas puer.

Cererem sanè, de frumentis dicturus, & de vitibus verba facturus, Bacchum celebraui: nunc item de animalibus, pastúque pecudum explicaturus, te (ampliss. pabuli Dea, Pales) prædico: cuius in honorem apud Romanos instituta festa Palilia sunt. Tuique, Apollo, memoriam vsurpo, qui ex eo maximè memorabilis es, quod Admeti, regis Pheriorum, armenta pauisti, pastorúmq; Deus habitus es, & quidem meritissimò. Téque Pan Arcadice, vósque, reliqui Pastores nobilissimum appello, cùm præsertim hoc in libro, pascua potissimùm, & pecora commemoraturus sim. Alijs relinquo tractanda fabulamenta, & ea, quæ ad delectationem tantummodò comparantur, quæque scribuntur ad animos hominum, curis solutos admiratione suspendendos. Sunt enim illa trita, decantata, & quæ versantur in ore, & in sermone omnium. Quis enim est adeò fabularum Poëticarum ignarus, aut in historia rudis, qui non intelligat, quàm promptus ad complendum nouercæ Iunonis odium in Herculem, Græciæ rex Euristheus extiterit: cuius consilio, & suasu tot labores exantlare, cum tótque monstris dimicare coactus est. Aræ Busyridis Aegypti regis, quibus mactare solebat hospites, quibúsque voluisset immolare (si potuisset) Herculem, ita notæ sunt, omnibúsque patefactę, vt iam propémodum abierint in prouerbium. Igitur & iste, & istiusmodi tyranni non modò nulla laude, & commendatione digni habiti sunt, sed multi Poëtæ notárunt eos, stilóque perstrinxerunt. Orpheus in Argonauticis, Theocritus in Idyl. & Solinus & alij plurimi de Hyla imberbi puero cynędo Herculis, verba faciunt, eúmque missum ab hero ad hauriendam aquam in fonte Bithyniæ,

simul

simul vt vnam extulerat, à Nymphis visum, adamatum, & raptum fuisse ferunt. Delon, insulam vnam ex Cycladibus antè vagam & natatilem, quemadmodum Apollo, & Diana (ibidem loci, ex Latona prognati) firmam, stabilémque fecerant, Homerus in Hymnis, alijque permulti Poëtæ cecinerunt. Hippodameia Oenomai, Pisæ regis, filia (quæ cum procis cursu contendebat, vicitque quatuordecim) ab Apollonio in Argonauticis, & ab Euripide in Tauris, & ab alijs plærisque commemoratur. Notiss. fabula est, qua dicitur Tantalus Pelopem filium Dijs inuitatis, epulandum apposuisse, quò tentaret eorum diuinitatem: ab eoque omnes (excepta Cerere, quæ brachium consumpsit) abstinuisse. Quomodóque postea, petente Tantalo, Dij eundem ab inferis reuocârint, & eburneum ei brachium restituerit Ceres. Nec est cuiquam obscurum, quo pacto Oenomaum equorum velocitate superauerit. Hæc (inquam) vulgatissima sunt, & ferè omnibus Poëtis materiam præbent. A me quoque inunda ratio est, vt, sicut se alij sustulêre beneficio carminis, & nacti sunt nomen cum primis nobile: ità ego ingenij mei specimen edens, & illustria monumenta proferens, ex obscuro clarus fiam, & frequés mihi fama communi hominum voce ac sermone celebretur. Tunc equidem victor, hoc est, voti cõpos fuero. Nescit enim ardor animi mei quiescere, donec mihi contingat commendatio in vulgus, laus, fama, & nominis amplitudo. Equidem aliquid præstabo laude dignum, quò possit nomen meum innotescere, & in magnum honorem accendere. Ego ante alios omnes Mantuanos, barbarico, & Græco habitu indutam Poëticam patrio, & Latino carmine (tanquam veste) donabo. Ego Musis loca nota perlustrãs, domum eas mecum adferam, atque traducam. Sequor equidem Græcorum Poetarum illustrem in condendis carminibus gloriam, eamque me assequi posse confido, dummodò superstes fuero, ac diuturniorem vitam vixero. Ego (inquam) inter cæteros

Delos.

ATALANTA

Fabula Tantali, & Pelops.

Vulgatissima deterens aliam sibi viam proponit Poeta.

Desiderio Poetæ nominis amplitudinem affectans.

Mantua primũ per Virgilium celebris facta.

omnes tibi Mantua, celebritatem acquiram, atq; talem victoriam, qualem, qui palmis coronari solent, habent.

Mincius.

[b] In agro Mantuano marmoream ego ædem sacram eo loco statuam, vbi se in Padum Mincius exonerat, littoráq; tegit carectis, & arundinibus. Simulachrum, imaginemq; Cæsaris ponam in medio templo, vt inde cui dedicatum sit, intelligatur. Eius in honorem, si omnia processerint ex animi sententia, habitu pontificis incedens (vt præsidem ludorũ iudicem q; decet) ludos curules instituam. Nostram sanè in gratiam fient ludi, cum quibus neque conferri poterunt Olympia, quę propter Alpheum Elidis fluuiũ quinto quoq; anno habebantur, neq; Nemæa, quæ, in Arcadiæ sylua Nemęa (in qua Molorchus armenta pauit) agebantur: neque Pythia, quæ in Græcia fuere certamina celeberrima, comparari debeãt. Et omnis Græciæ pubes cæstu è corio & plũbo facto decertabit. Ipse ego P. Virgilius oleagina corona caput cinctus, dabo Palæstritis præmia. Gestit mihi animus, quod omnor tẽpus fore, quo frequentes choros hominum ad templa Cæsaris deducã. Paratissimus etiamnunc sum, mactare iuuencos integros ad facienda Cæsariano nomini sacrificia. Quàm lubenter ludos illi scenicos exhibebo, vbi subitò versa machina picturam aliam, nouámque rerum faciem ostendat, vbi etiam Britanni, & theatralibus officijs destinati vela portent, in quibus depictæ sunt victoriæ Cæsaris?

Simulachrum Cæsaris.

Ludi in laudẽ Cęsaris instituendi.

Ominatur se laudũ Cæsaris buccinatorem fore.

Magnũ & latè patens Cęsaris imperium.

[c] In ipso vestibulo templi, faciam & ebore insculpta emblemata victoriarum Cæsaris. Ibi cernere erit Indos propè Gangem habitantes, cum Augusto contendisse frustrà. Ibi Arma Cæsaris (qui alter quasi Romulus imperium Romanum condidit), conspicienda proponam. Alia in parte templi, Emblema statuent Aegypti, eiúsque reginæ Cleopatræ superatæ. Colũnas conflabo ex æreis rostris nauium captiuarum. Adiungam insuper in sculptura mea, regiones Asiaticas, Mediam, atq; Parthiam, & subactos Armenios, & fuga-

fugaces Parthos, qui inter fugiendum auersi sagittis hostes petunt. Adijciam, quemadmodum non semel à Cæsare triumphatum est de hostibus, quomodoque multas, variisq; gentes, sua sibi vi, manuq; subiugauerit. Collocabo itidem ad ornatum huiusce templi statuas, & imagines, è marmore cādido, & eodé optimo, cuiusmodi Paros, Aegæi, maris insula, suppeditat: & eas quidé ipsas tam artificiosè fieri curabo, vt nō simulachra muta, & sine sensu esse, sed vitam, & spiritū ducere videantur. Exprimetur à marmorarijs, nā indè ab ipso Ioue Cæsaris Augusti genus. Describetur Dardanus, Iouis ex Electra filius, cum eoq; vnà (quos genuit) Erichthonius, atque Trous. Sculpetur Ilus Erichthonijs, & Assaracus Troi soboles. Addetur Capys ab Assaraco, Anchises à Cape, Aeneas ab Anchise progeniti. Ponetur postremò Aeneæ soboles Ascanius Iulus ex quo proseminata gens Iulia est: de qua ipse Augustus ortum, originemq; trahit. Talia denique, & tāta facturus sum, quæ sui magnitudine, & admirabilitate magnā inuidiam concitent. Sed caueat sibi, quisquis gloriæ Cæsarianæ inuidet. Liuoris enim sui pœnas acerrimas dabit apud inferos, vbi tres inueniet primùm furias, vltrices facinorum, quorū nomina sunt Megæra, Tisiphone, & Alecto. Posteà Cocytum adibit, qui à luctu nomen obtinet: tum alligabitur ad Ixionis rotam, quæ subindè anguibus (quasi funibus) prouoluitur: Postemò, cum Sisypho saxum contra montem perpetuò voluet.

Parthus in fuga sagittans.

Summata elogij Cæs.

Genus & origo Augusti Cæsaris.

Furiæ

Iam verò, donec ornandi, laudandique Cæsaris tempus aduenerit, scribamus Georgica, & ea quæ hactenus à nemine Latinorum Poëtarum tractata sunt. Quod quidem eò libentiùs ingredior, quia voluit Mœcenas, patronus meus summus, me hoc opus egregium, & arduum suscipere: cuius authoritatem, & consilium in omnibus libentissimè sequor. Agè igitur, Mœcenas, huc aspice. Cytheron Beotiæ in quo pascua sunt valdè bona, canésque Laconici, & Epidaurus vrbs inter Arcadiam & Elin, equis fertilissima,

Redit ad propositum.

Causa huius operis suscipiendi.

Rura fœcunda & syluæ pecoribus abundãtes Mæcenatis præsentiam postulant.

tissima, & boues itidem, quorum echo auditur in syluis, te inuocant, tuámque præsentiam postulant. Postea tamen, quũ de re pecuaria, de apibúsque dixero, bella ab Octauiano Cæsare gesta describam, eiúsque nomen, atque dominatum ità literis, monumentísq; consignabo, vt nullo vnquam sæculo intermoriatur, sed duret in omnem æternitatem.

Narrationis pars prima: de nutriendis equis & bobus.

[a] *Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ*
Pascit equos, seu quis fortes ad aratra iuuencos:
Corpora præcipuè matrum legat. optima torua
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima cervix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus, omnia magna:
Pes etiam, & camuris hirtæ sub cornibus aures.
Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo,
Aut inga detrectans, interdumq; aspera cornu,
Et faciem tauro propior, quæq; ardua tota,
Et gradiens ima verrit vestigia cauda.
Ætas Lucinam, justósque pati Hymenæos
Desinit ante decem, post quatuor incipit annos:
Cæteràn ec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
[b] *Interèa, superat gregibus dum læta iuuentus,*
Solue mares, mitte in venerem pecuaria primus:
Atque aliam ex alia generando suffice prolem.
Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit: subeunt morbi, tristísque senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
Semper erunt, quarum mutari corpora malis.

Semper

Semper enim refice: ac ne post amissa requiras,
Ante veni, & soboles armento sortire quotannis.
c Necnon & pecori est idem delectus equino.
Tu modo quos in spem statuis submittere gentis,
Praecipuum iam inde à teneris impende laborem.
Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponti:
Nec vanos horret strepitus, illi ardua cervix,
Argutúmque caput, breuis alnus, obesa, terga,
Luxuriátque toris animosum pectus: honesti
Spadices, glauci quæ color deterrimus albis,
Et gilvo: tum, si qua sonum procul armá dedere,
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus:
Collectumq; premens volvit sub naribus ignem.
Densa iuba, & dextro iactata recũbit in armo:
At duplex agitur per lumbos spina, eandtque
Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.
Talis Amyclei domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graij meminere poetæ,
Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.
Talis & ipse iubam cervice effudit equina,
Coniugis aduentu pernix Saturnus: & altum
Pelion hinnitu fugiens implenit acuto (nior annis
d Hunc quoq; vbi aut morbo grauis, aut iã se-
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ.
Frigidus in Venerem senio, frustráque laborem
Ingratum trahit: & si quãdo ad prælia ventũ est,
Vi quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,
Incassum fuerit, ergò animos, animúmque notabis

Praci-

Præcipuè: hinc alias artes, prolémque parentum,
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
Nonnè vides? cum præcipiti certamine campum
Corripuere, ruúntque effusi carcere currus:
Cũ spes arrecta iuuenum, exultantiáque hauris
Corda pauor pulsans, illi instant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi feruidus axis:
Iámque humiles, iámque elati sublime vidétur
Aera per vacuũ ferri, atque assurgere in auras:
Nec mora, nec requies, at fulua nimbus arena
Tollitur: humescunt spumis, flatúque sequẽtum,
Tantus amor laudum, tanta est victoria cura.
Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Iungere equos: rapidísque rotis insistere victor
Frena Pelethronij Lapithæ gyrósque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Æquus uterque labor: aquè iuuenéq; magistri
Exquirunt, calidúmque animis, & cursibus acri
Quamuis sæpè fuga versos ille egerit hostes:
Et patriam Epeirum referat, fortéq; Mycenas
Neptuníque ipsa deducat origine gentem.
His animaduersis, instant sub tempus & omnes
Impendent curas denso distendere pingui,
Quem legère ducem, & pecori dixere maritum
Florentésque secant herbas, fluuiósq; ministrant,
Farráque ne blando nequeant superesse labori,
Innalidíque patrum referant ieiunia nati.
Ipsa autem macie tenuant armenta volentes
Atq; vbi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat: frondésque negant, & fontibus arcent.

Sæpè

Sæpè etiam curſu quatiunt, & ſole fatigant:
Cum grauiter tonſis, gemit area frugibus: & cũ
Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes
Hoc faciunt, nimiò ne luxu obtuſior uſus
Sit genitali arui, & ſulcos oblimet inertes:
Sed rapiat ſitiens Venerem, interiúſq; recõdat.
Rurſus cura patrum cadere, & ſuccedere matrũ
Incipit, ex actis grauidæ cum mẽſibus errant.
Non illas grauibus quiſquam iuga ducere plaũ-
Nõ ſaltu ſuperare viam ſit paſſus: & acri (ſtris,
Carpere prata fuga fluuioſque innare rapaces.
Saltibus in uacuis paſcant, & plena ſecundum
Flumina: muſcus ubi, & uiridiſſima gramine ri-
Spelunceq; tegant, & ſaxea procubet umbra. (pa
Eſt lucos Silari circa, ilicibuſque uirentem
Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen Aſſilo
Romanum eſt, œſtron Graij uertere uocantes:
Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concuſſus ſyluæque, & ſicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras
Inachia Iuno peſtem meditata iuuenca. (ſtat)
Hunc quoq; (nam mediis feruoribus acrior in-
Arcebis grauido pecori armentáque paſces
Sole recens orto, aut noctem ducentibus aſtris.
Poſt partum cura in uitulos traducitur omnis,
Continuóque notas, & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo,
Aut aris ſeruare ſacris: aut ſcindere terram,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis,
Cætera paſcuntur uirides armenta per herbas.

[h] *Tu quos ad ſtudium, atq; vſum formabis agri-*
Iam vitulos hortare, viāq; inſiſte domandi, (ſū,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.
Ac primùm laxos tenui de vimine circlos
Ceruici ſubnecte: dehinc, vbi libera colla
Seruitio aſſuêrint, ipſis è torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuuenci.
Atque illis iam ſæpè rotæ ducantur inanes
Per terram, & ſummo veſtigia puluere signent.
Poſt valido nitens ſub pondere fagineus axis,
Inſtrepat & iunctos temo trahat æreus orbes.
[i] *Interea pubi indomitæ non gramina tantùm,*
Nec veſcas ſalicum frondes, vlnámq; paluſtrem
Sed frumenta manu carpes ſata:
Nec tibi fœtæ
More patrũ niuea implebunt mulctralia vaccæ,
Sed tota in dulces conſument vbera natos.
[k] *Sin ad bella magis ſtudium, turmáſq; feroces:*
Aut Alphea rotis præla bi flumina Piſæ,
Et Iouis in luco currus agitare volantes:
Primus equi labor eſt, animos, atq; arma videre
Bellantum, lituoſque pati, tractúq; gementem
Ferre rotam, & ſtabulo frænos audire ſonantes:
Tum magis atq; magis blãdis gaudere magiſtri
Laudibus, & plauſæ ſonitum cerucis amare.
Atque hæc iam primo depulſus ab vbere matris
Audiat, inque vicem det mollibus ora capiſtris
Inualidus, etiámque tremens, etiam inſcius æui.
At tribus exactis, vbi quarta acceſſerit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibúſq; ſonare
Compoſitis, ſinnetq; alterna volumina crurum,

Sic-

Sitque laboranti similis: tum cursibus auras
Promouet: ac per aperta volans, ceu liber habenis
Aequora, vix summa vestigia ponat arena:
Qualis Hyperboreis aquilo cum densus ab oris
Incubuit, Scythiaque hyemes, atque arida differt
Nubila: tum segetes altæ, campique natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæque sonorem
Dant syluæ, longique vrgent ad littora fluctus.
Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrens.
Hic vel ad Elæi metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas:
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito: namq; ante domandi-
Ingentes tollent animos, prensiq; negabunt (dum
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.
[1] *Sed non vlla magis vires industria firmat,*
Quàm Venerẽ, & caci stimulos auertere amoris
Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum.
Atque ideò tauros procul, atque in sola relegant
Pascua, post montẽ oppositũ, & trãs flumina lata:
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.
Carpit enim vires paulatim, vrit q; videndo (bæ.
Fœmina: nec memorũ patitur meminisse, nec her-
Ducibus illa quidem illecebris, & sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes:
Pascitur in magna sylua formosa iuuenca,
Illi alternantes multa vi prælia miscent
Vulneribus crebris: lauit ater corpora sanguis,
Versáque in obnixos vrgentur cornua vasto
Cũ gemitu: reboant syluæq;, & magnus Olympus.

Nec

Nec mos bellantes vnà ſtabulare: ſed alter
Victus abit, longéque ignotis exulat oris.
Multa gemens ignominiam plagáſq; ſuperbi
Victoris, tum quos amiſit inultus amores:
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auitis.
Ergò omni cura vires exercet, & inter
Dura iacet pernox inſtrato ſaxa cubili,
Frondibus hirſutis, & carice paſtus acuta:
Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit
Arboris obnixus trunco: ventóſque laceſcit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.
Pòſt, vbi collectum robur, viréſque receptæ,
Signa mouet, præcépsq; oblitum fertur in hoſtē:
Fluctus vt in medio cœpit cùm albeſcere ponto
Longius, ex altóque ſinum trahit: vtq; volutus
Ad terras, immane ſonat per ſaxa: nec ipſo
Monte minor procumbit, at ima exæſtuat vnda
Vorticibus, nigrámq; alte ſubiectat arenam.

Paraphraſis.

Primum præceptum: de equarum, vaccarúmque delectu.

[a] Si quiſquam eſt, qui equos idcircò alit, vt in certamine talem victoriam acquirat, qualis parabatur olim in ludis Olympicis: optimas equas ad pullorum propagationem eligat. Itemque, ſi quis eſt qui eo nomine iuuencos educare velit, vt in aratione vſui eſſe poſſint: videat imprimis, cuiuſmodi matre procreari debeant. Sunt enim certa vaccæ præſtantis, & præcellentis indicia. Quod ad formam attinet, frontem habeat obtortam, aſpectúmque proteruiorem, & omnino tauri ſimilem. Magnum, & grande poſſideat caput. Longa ceruice ſpectetur, & craſſa. Laxas pelliculas gerat à gutture ad crura vſque demiſ-

Indicia præſtantis vaccæ.

ſas

sas. Latera tam producta sint, vt proportio deformis esse videatur. Magnitudo etiam in pede (qui breuior in multis placere solet) ne dum in aliis membris, requiratur. Sint aures hirsutæ, & pilosæ. Sint incurua, & contorta cornua. Multum verò placebit ea, quæ maculosa fuerit, præsertim si pellem albo respersam habeat. Placebit & recalcitrans, quæ se iugo nolet præ proteruitate submittere. Probabitur etiam pugnax, quæ homines cornu petit. Arridebit quæ omnibus modis masculi potius quam fœmellæ similitudinem refert. Nec displicebit quæ satis insta sit altitudine. Videbitur ea quoque pulchra: quæ longam habet, & ad calces vsque profusam caudam. Præterea sit oportet ætate integra. Nam vt singulis animalibus sua sunt pariendi tempora: ita vaccæ quadrimæ incipiunt parere, & vix decennes desinunt. Potest quidem fœtura prouenire, vel imponi labor, aut ante quartum, aut post decimum annum, sed inutiliter. Sunt ergò deligendæ vaccæ, aut hisce omnibus, aut plerisque harum notis insignitæ: quò & ad procreandum, & ad arandum valêre possint. Siquidem, in omni genere animalium, non parua vis posita est in matribus: ne dissimilitudo, defectus, aut deformitas existat.

Quæ vaccæ sunt deligendæ.

In fœtibus edendis matres potiss. sunt respiciendæ.

b Tempus igitur obserua, & donec equi, taurique iuuentute vegetiores sunt, cum equabus vaccisque committantur. Occasio cùm sese offert, non erit prætermittenda: neque tam experimentum aliorum, quàm ipsa sequenda opportunitas erit. Atque effice, vt cùm singula & indiuiduara (quæ vocant) interire necesse sit, species tamen singulorum propagatione continuetur, & retineatur. Mares (dico) iuuenes cùm sunt, mittantur in venerem. Etenim non solùm in bruris animantibus, verumetiam in hominibus, vsu venire solet: vt ætas iuuenilis, ac florens (quæ in omni vita præstantissima est, & ad res agendas aptissima) non

2. Præceptum de admissendis bobus.

Ætas iuuenilis ad generandũ aptissima.

non abeat modò, sed & rapidissimè prætervolit, & pleriq; semper expectatione torqueat. Ecqua verò potest esse felicitas, in ea sorte, qua, qui fruuntur, non mortales tantùm, sed etiam omninò miseri sunt? Ex ipso vitæ nostræ tum flore, tum robore citò dilabentes, in morbos incidimus, quibus vehementer affliguntur corpora: ex morbis contrahitur senectus, senectutem comitatur imbecillitas, ac tædium. Hæc omnia tam afflicta, misera, atque perdita mors nemini parcens, sed omnibus impendens, extinguit, opprimit, funditúsque delet. Quare sufficienda proles est, ne genus vniuersum pereat. Semper habendæ tibi sunt matres, optimęque vaccæ, quas in melius mutari, & huic rei operterе inseruire iudices. Semper auge sobolem, captato coëundi tempore. Breuiter, ne bobus aliquando careatur, armenta, priusquam pereant, reparari debent: & ijs, qui sunt ætate iusta, singulis annis, substituenda soboles est.

Supplementum prolis semper est necessariũ ne delectus armenti fit.

3. Præceptum: de equorum delectu.

Talis omninò adhibenda diligentia erit in equis eligendis, per annósque singulos reficiendis, qualem supra diximus habendam esse: vtsc. corpora præcipuè matrum spectentur. Quemadmodum autem pòs matres descripsimus, ità nunc equos admissarios commemorabimus. Sunt enim & suæ pullis equinis notæ: vndè (quo tempore cum gregalibus in pabulo contendunt) cognosci eorum excellentia, & percipi possit. Tu quos in fœturam voles, propagationémque soluere, ab ætatis initio etiam atque etiam attende, & obserua. Primum omnium pulli animus ferox, & excelsus existimabitur ab incessu sublimi, videlicet, si cum exultatione quadam excurrat. Deindè, si non durè, non ineptè, non crebra crurum iactatione procurrat: sed qui alterno, & rectè disposito crurum explicatu faciles, aptéque flexibiles tibias reponat. Tum etiam, si præire cæteros, viæque palustris dux & anteambulo fieri gestiat. Atque, si per pontem (quem nunquam transierat) intrepidus eat, & imperterritus. Præterea, si crepitus, & strepitus tubarum, tympano-

Pullorum equinorũ notæ.

Qualitates singulares.

tympanorum, & æneorum tonitruum nihil expauescat: sed planè magnanimus existat. Tum quoque, si erecta ceruice incedat, quod magnitudinis animi verum est indicium. Itemque, si ea capitis pars, quæ est inter oculos, & frontem, sit breuis & polita. Etiam, si venter succinctus iusta respondeat æquabilitate. Ad hæc, si obesa terga sint, & armi alti, quò eques tutiùs insidere valeat. Insuper, si pectus (vbi spiritus ducitur, anhelitúsque trahitur) nodosum existat, & pulpis eminens. Pulchri putabuntur equi, benè colorati qui fuerint, præsertim punicei, & rutili. Albus autem, & subuiridis color omninò non placet. Ille verò summoperè probabitur, qui sonitum armorum non extimuerit: sed potiùs tubæ audito clangore concitetur, vehementiùs insurgat, impetúmque faciat. Id quod sentire, & perspicere licebit, ex auribus vibrantibus, ex membris tanquam incursuri concussis: & ex flatu calido, vim pectoris internam, magnanimitatemque declarante. Laudabitur & iubæ densitas, quæ in dextro armo, aut in dexteriore parte ceruicis procumbit. Atque etiam, cuius per lumbos lata spina deducitur. Denique inuabit assidua glomeratio, ità vt concutiatur terra: & sonitum det cornu durum quidem illud, & integrum, & solidum, non fissum, cuiusmodi est in bouino pecore. Castor, equestris Deus, Pollucis frater, habebat equum eiusmodi nomine Cyllarum, à velocitate dictum, cuiusmodi à me iam descriptus est, inter Amyclas, in Laconia. Tales itidem extiterunt equi, quorum Græci Poetæ mentionem fecere, vt in curru Martis bini trahentes iugum Θοῦριος, ἠδ' Ξάνθος, Βαλίος τε. Et præterea, equi Achillis: Xanthos, Balius, & Pegasus. Eiusmodi quoque iam olim factus erat Saturnus, ne à coniuge agnosceretur, cum Philyra Oceani filia rem habiturus: ex qua Chironem, artis medicæ authorem, suscepit. Adeóque dum ipse se recipere in faciem, & conspectu coniugis, montem illum excelsum Thessaliæ, Pelion repleuit equina voce, in argumentum animi ferocis edita, & prolata.

Forma corporis.

Color bonus.

Densa iuba.

Assidus Glomeratio.

Cyllarus equus Castoris, qualis.

Xanthos, Balius, Pegasus, equi Achillis.

¶ Quæ spectanda sunt in equis admissarijs.

Equus senescens à coitu est cohibendus.

d Talis equus, qualem iam descripsimus, licet bonum, & tot signis, indiciísque probatum & cognitum, tamen vbi vel morbo, vel senecta defecerit, segregandus ab equarum commercio, & ab admissura remouendus, in domóque retinendus erit. Nec verò qui iunior admissarius fuit, valdóque progenuit pullos, idcircó senior admittetur. Ea enim stulta clementia est, cùm nec equo, nec rebus tuis consuleris. Nam ætate confectus equus (quia friget, caloremque iuuenilem amisit) nihil admodum potest in re venerea: sed longam producit in coitu moram, longáque mora vix peragit opus vtríque inamœnum, & inutile. Cùm enim natura calida, & humida reliqui est salacior, senes autem equi magis & magis indies excidentur, frigidíque redduntur, & frustra, & non sine molestia ad prælia Veneris accedunt. Non aliter, quàm ignis in leui materia citò extinguitur, & langueſcit. Quoniam igitur ad hanc rem nullus est vsui equi decrepiti, in eo, quem admittes ad procreationem, quinque potissimùm animaduertes. Primùm, magnanimitatem requires, quæ quidem ex rebus externis facilè colligitur. Tum, ætatem videbis, quæ neque trimo minor, neque vicesimo maior existat: maximè autem, vt septem sit, vel octo annorum. Itemque, vt fœmina nec ante biennium concipiat, nec post decennium. Deinde spectabis, an sit ad rem militarem idoneus, an ad vecturam, aut admissuram, aut cursum, aut prædam, aut ad alias artes, quas *ἐντελεχείᾳ* non paucas continet. Post, parentes cuiusmodi sint, considerabis, vtpote quos plerumque sequitur suboles. Postremò, generosum animum, & ambitiosum diligenter annotabis, si scilicet victores exultent, victíq; doleant. Annon liceat cernere, cùm equi simul palæstram occupârunt in ludo curuli procurrentes, cùm quadrigæ proruunt ex obstaculo, quo priùs arcebantur, cùm spes aurigarum attentæ sunt ad victoriam, cumque metus, ne fortè superetur, sollicitat, & inuadit animos, cùm sunt (inquam) spec-

Quinque sunt considerandæ in equis ad procreationē idoneis.

Magnanimitas.

Ætas.

Natura.

Parentes.

Animus generosus.

Æmulatio equorū in certaminibus.

ſpemq; metumq; inter dubij, cùm exultant de victoria ſperata, pauentéque ob formidatam offenſionem: tum aurigas flagellis frequentibus vrgere equos, & liberiores, remiſſioréſq; habenas dare? Rotę ſubito violentoq; motu tam præcipites feruntur, vt rapidiſſimo equorum tractu volare videantur. Ipſi aurigæ in vallibus humiles, in monticulis elati apparent, & in auras erecti. Nec aurigis, nec equis vlla vel mora, vel quies eſt. Sed quædam quaſi nubes ex arena conglobata emitur, ſurſúmque fertur à pedibus equorum excita. Ipſi demùm animoſi equi madefiunt ſudore, & anhelitu ſequentium. Huiuſmodi eſt auiditas laudum equis generoſis, huiuſmodi deſiderio acquirendæ victoriæ commouebitur. Erichthonius Vulcani Terræque filius, primus omnium in Græcia curru iunctis equis (ad ſimilitudinem quadrigæ ſolis) vſus eſt, quòd decentius tegeret ſanguineos pedes. Et primus, eiſdē rapim procurrentibus, decertare in curuli certamine, & pugnare auſus eſt. Lapithæ, qui accolæ ſunt Pelothri montis Theſſaliæ, inſidentes equis prīmi habenas impoſuere, eorúmq; domandorum vſum parefecere. Primi fecerunt equos & à terra proſilire, & inſultus facere inter arma: & cum diſciplina compoſitis pedibus, vel ad ſymphoniæ cantum incedere. Vtraque rei iuxtà difficilis eſt factu, vt doceantur equi, aut terræ inſultare inuenliter, aut certo cir cuitu hinc, atq; hinc gyros percurrere. Et ſanè, quamuis equus aliquis tam frenuus ſit, vt victor aliquem extulerit, tam bonam patriam referat, vt aut ex Epeiro, aut Argiuis fuerit, tam nobili de ſtirpe veniat, vt ab equo Neptunio percuſſione tridentis edito traxerit genus: tamen equiles non minus exigunt, vt ſit ætate iuuenis, vt animo & cordis magnitudine calidus, vt agilitate & curſu velox.

Erichthonius primus inuentor quadrigæ.

Lapithæ primi equis habenas impoſuerunt.

Quę in egregio equo requiruntur.

5 Poſtquam mores equorum, & annos deprehenderint agricolæ, & aliquem inuenerint aptū propoſito ſuo, paulò ante tempus admiſſuræ, diligenter eum, qui vocatur à fœmellis, ſaginandum maturis herbis,

5 Quomodo curandi ſint equi & equæ priuſquam admittantur.

aqua fluuiali, frumentíſque curant, vt Veneri ſuppetiæ; quantóque fortior inierit, tantò firmiora ſemina præbeat futuræ ſtirpi, ne in pullis patrum infirmitas ex media veniens appareat. Inſuper, armentarij diligentes dedita opera & de induſtria equas emacerabunt, & cibi, & potus inopia: vbi primum coire cupient, herbas denegabunt, & vndis fluuiatilibus arcebunt. Prætereáque, magno exercitio (quod pinguitudinem exhaurit, & conſumpſit) eas agitabunt in æſtu tali, qualis feruet, cùm frumenta triturantur, & ventulantur. Idcircò autem macræ reddantur, & extenuãtur equæ, ne nimia vitiuæ pinguitudine ſterilè ſit vterus, itáque obturetur, vt aut ſemen eò penetrare nequeat, aut ipſa craſſitudine ſubitò expellatur: neue matrix, mucoris plena propter nimiam humectationem, concipere prohibeatur, cludaque meatus ſteriles. Sed eam ob cauſam emaceratæ ſolent equæ, vt vulua iam macrior facta receptet ſemen equi, receptúmque foueat.

6. Præceptum quo pacto gratiæ quæ grauidæ ſunt cuſtodiendæ.

Quemadmodum autem vaccæ decem, oues ſexcentæ quinque, ſues quatuor menſibus, vterum geſtant: ita duodecim, equæ. Quibus quidem perfectis, cum iam inſtat partus, admiſſariorum, qui equas impleuerint, minor haberi curatio ſolet: equarum verò diligentior quædam tractatio fieri debet, quo ſolicitius meliuſque poſſint parere. Nemo eas iam grandes vehementi aliquo exercitio agitet, veluti trahendis admodum onuſtis plauſtris, ne fortè fiat abortio. Nemo eas pedibus impeditis paſcat, ita vt non niſi ſaliendo progrediantur, ne fœtus eiumparſuo pondere, atque elabatur. Nemo patiatur eas veloci, rapidóque curſu per prata ferri, ne ſic quoque abortum prouocet. Nemo ſinat eas trajicere, & tranare fluuios præcipites & omnia ſecum auferentes, ac aquæ frigidæ ſupra modum obeſſe grauidis queant. Paſcendæ ſunt in magnis latiſq; ſalnibus propter plana flumina, ne nimium inclinentur & procumbant ad hauriendum potum, atque iuxta muſcoſa loca, & herbida.

Multæ ſunt cauſæ quæ abortionem faciunt.

Equæ grauidæ vbi paſcendæ.

bida. Sit antrum in quo recubare possint & quiescere. Sit murus, & vmbra, qua à sole defendantur æstiuo tempore, qua vespæ, & asyli arceantur. Volitat quoddam insecti genus frequentissimum circa lucos Silari fluminis Lucaniæ, & circiter Albumum Lucaniæ portum, vbi permultæ crescunt ilices, & circa huiusmodi aquas, in quibus, ex obliquis animalculis ibidem natantibus gignuntur. Hoc Asylus, Latino vocabulo, nominatum est: Græci autem vel ab ipso volitantis sono, vel à furore (quem animalibus, quæ persequitur, inducit (οἶστρον appellauere. Est hic ales, & aculeo (quem in ore permagnum gerit) & morsu quoque asper, atque infestus. Horrisono prætereà strepitu hic armenta territat, vt per syluas huc, illúcq; discurrant: vtque aër perculsus taurorum, boum, cæteroruinq; animalium vocibus, ipsorum resonet furorem: vt demum syluæ repercussæ reddant sonitum, & inprimis ripa Tanagri fluuij, & Lucaniæ partes vbi maximè abundant œstri. Oestro nullum telum præsentius, nullum præsidium fortius habuisse Iuno dicitur, quo se contra pellicem defenderet. Nam cùm Io Inachi Argiuorum regis filia, fuisset à Ioue vitiata, ne quo modo resciret vxor, in vaccam erat ab eodem conuersa. Quod postquam ex Argo custode intellexisset Iuno, furorem ei parauit, & intulit, quo post varios errores in Aegyptum acta, Isísque Dea dicta est, & tandèm in mare quod ab ea nominatur Ionium, præcipitata est. Quocirca ne grauidæ factæ iam equæ in furorem agantur œstris, qui æstu, & sub meridiem maximoperè sæuiunt, & pecora mirum in modum exagitant, primo statim diluculo, & fere sub vesperum pascantur equæ grauidæ.

Oestrum pestis pecori.

Io in vaccam conuersa à Iunone furore Oestri est agitata.

7. Præceptum de vitulis curandis.

8. Post equarum vaccarumque partus, in pullos, vitulósque omnis erit adhibenda diligentia. Cauterio characteras imprimunt pullis, simul atque prognati fuerint, vt, quo genere oriundi sint, cognosci queat. Eos potissimum & eligunt, & curant, qui ad propagationem conseruantur. Tum etiam notant, qui apti futuri

Idonei præsertim sunt alendi & custodiendi.

futuri sint ad sacrificandum boues. Insuper vitulos valentes, & robustos ad arandi negotium alunt, educántque. At hæc quidem animalia domi, & ad manum seruant, & custodiunt, cætera, quæ neq; sunt admissuræ idonea, nec sacrificijs apta, nec agriculturæ accommodata, in agris, pratisque, sine vlla domandi cura, liberè vagari sinunt.

8. Præceptum: de cura boum qui ad excolẽdam terrã idonei sunt.

[b] Tu (quisquis es agricola prouidus, & prospiciens in posterum) quos ad opera rustica peragenda, & ad excolendæ terræ negotium educare voles, eos vitulos (dum adhuc sunt ætate tenera, & ad quoduis flecti, conformarique possunt) doceto & apta domandi ratione instituito. Nam si semel ad quintum annum accesserint, vt ferè fit in cæteris rebus, ità hîc frangas citiùs, quàm corrigas, quæ in prauum induruêrunt. Adeò, à teneris consuescere, multum est. Atque vt rectam facilémque domandi viam teneas, primùm omnium (quo cervices assuetas habere vinculis queant) circuli non dirè prementes, sed soluti eorum circundent colla. Posteà verò quàm non obluctantur ampliùs, sed vltrò submittunt capita, & iam seruitium propter assuetudinem libenter ferunt, atque adeò pro libertate habent: fac, ablatis depositísque circulis, in copulentur, vt ex æquo trahant, & ex æquo incedant simul. Principiò plaustra ducant non onusta, sed sine pondere, discántque facere gradu concitatos. Posteà currus trahere magnis impositis oneribus per quosdam veluti gradus incipiant, quò explorentur eorum vires, & laborum patientia.

Boues ad iugũ sint assuefaciendi priusquã ad quintum annum accesserint.

Videndum est vt pares copulentur.

Quomodo primùm sunt tractandi.

9. Præceptum: de viculorum pastu ante annum tertium.

[i] Iuuencis autem (qui ad tertium annum, quo domari possint, nondum peruenêre) non modò viridem herbas, & salignas frondes quibus vescantur, & viuam in paludibus prouenientem dabis: sed etiam fœnum suppeditabis, & ordea. Neque verò vaccæ, quæ iam pepererunt, implere cogentur mulctras, vt est à maioribus nostris factitatum, qui lactis erant studiosiores: sed omne lac vberum suorum præbebunt vitulis,

10. de reficiendis fœtubus.

vitulis ad aratra deſtinatis.

Sin autem maiore deſiderio tenearis inſtituendi equum, aut propter militiam, vt in prælijs & conflictibus acies hoſtiles inuadat, aut ad curulia certamina, vt alios currus in Olympicis præuertere curſu queat, aut ob vecturam, vt plauſtra volubilia trahere poſſit, in eo primùm exerceri debet, vt equites armatos, & quaſi iamiam pugnaturos videat, vtque audiat cornua crepitantia, ſtrepentes rotas, & fræna reſonantia. Deindè verò, in dies, & in horas ſingulas, equus aſſuefaciendus eſt ita, vt geſtiat magiſtri poppyſmate fictióque ſono demulceri, blandéque, & molliter ab eodem attrectari. Atque hæc quidem audiat, quamprimùm à materno vbere depellitur, habeatque fræna non admodum aſpera, ne tenera lædantur ora, cùm non ſit robuſtus corpore, ſed adhuc infirmus, cúm non ſit præfractus, ſed adhuc meticuloſus, cùm nondum ita confirmarit vitam, vel in annis eam fiduciam poſuerit, vt conſtitui poſſit militariſne, an curſor, an arator, an admiſſarius, an plauſtralis futurus ſit. Quemadmodum autem anniculi molliter educandi, bimi ablactandi, trimi domandi & inſtituendi ſunt: ita quadrimi vſibus applicandi erunt. Triennio igitur confecto atque decurſo, incipiat equus, anno quarto, ſe intra orbes quoſdam flectere, & cum arte, cum decoro, cum ſeruato numero, ita ſe vertere: vt ſonitum excitet, & præterea incuruare crura poſſit, atque ordine ſuo colligere: denique ſtridula ſibilatione ſic incitetur, & propellatur ad impetum, vt vento ipſo velocior fiat, vtque plenis habenis prorumpens, non tam ire, quàm volare videatur. Sit equus omninò talis, qualis eſt Boreas, quando pluuioſus maria terráſque occupat, ab axe Septentrionali, Scythicíſque montibus veniens, vel quando nubes, ac nubila ſine pluuijs in diuerſas regiones diſſipat: quando ſegetes, & ſata tremiſcunt ab algente, ſed

11. Quemadmodum pulli domandi ſint ad militiam, ad certamina & ad vecturam.

Equi in domādo quomodò tractandi.

Anniculi molliter educandi.

Bimi ablactandi.

Trimi domandi.

Quadrimi vſibus applicandi.

Equus vt Boreę ſimilis ſit optandum eſt.

minimè aſpero flamine: quando ſtridulus in frondibus arborum, & horriſonus auditur flatus: quando deniq; huius venti atrocitate, fluctus impellunt ſe ad littora, quando (inquam) aquilo volitat, & terras, & maria diffflando purgans. Huiuſmodi equus, cuiuſmodi iam à nobis deſcriptus eſt, in Elide, ſtadiódq; Olympiaco, latiſſimè patente (vbi agitur curule certamen) curſor erit: & in argumentum fortis, & robuſti animi ex ore rubras veluti ſpumas excutiet. Iſtiuſmodi equus trahet talia vehicula, qualia ſunt in Gallia Belgica. Eiſdem poſt domituram permittito ſaginare corpora pingui pabulo, ex variis frugibus facto, & cum farre commiſto. Nam ſi ſic ſuppeditata farragine cœcerent, priuſquam domiti ſint, præfracti erunt & intractabiles: quin ſi ad domituram capiantur, perire nolunt, nec obedire aſperrimis frænis.

Certa generoſi equi indicia.

Equi pingui pabulo poſt domituram ſaginentur.

12. de conſeruandis tauris, & vaccis poſt admiſſionem.

Tauri à vaccis ſunt arcendi ne frequenti vſu fœminæ, debilitentur & inutiles fiant.

Sed quia res venerea maſculos debiles, infirmóſque facit, ſiue boum, ſiue equorum rationem habere, curámq; ſuſcipere velis, nullo mòdo melius augebis, & conſeruabis corpora eorum, quàm ſi à mutuo commercio, & frequenti coitu arceantur. Quam quidem ob cauſam magiſtri pecorum ſeparant, & ſeiungunt tauros à vaccis, paſcuis, tanto interiecto interuallo, & obſtaculo interpoſito, vt mares neque fœminas conſpicere, nec ad eas peruenire poſſint. Atq; ita quidem, in æſtate cuſtodiunt, hyeme autem, eos in ſtabulis tenent, atq; paſcunt. Fœmina enim vires maſculorum ſenſim comminuit, diſſoluit, exhaurit: atque dum videtur ſolo aſpectu incendit eorum animos, ita vt mas ipſe nec frondium in ſyluis, nec herbarum in paſcuis vllam cogitationem habere videatur. Imò adducit ſæpenumerò, & impellit fœmella tauros ipſius amore captos, & exultantes cornibus inter ſe dimicare, & contendere, vter eam obtinere debeat. Illa verò, amorum ſecura, in ſpacioſo nemore vagatur, dũ eius cauſa tauri alternatim graues cõflictus inire ſolent, & ſibi varia vulnera infligere: adeò vt cruor concretus eorum inficiat, fœdetq; corpora.

Obli-

Obluctantes conuertunt alter in alterum cornua, itáque ea concutiunt,& colliduntvt ingens audiatur sonitus: & vt per syluas,montésq; reflectatur Echo. Nec verò coloni,duos illos (qui de iuuenca inter se pugnant) vno in stabulo collocare solent: sed is, qui victus est,excluditur,& loca insuera petere, & ab hoc longè disiuncta cogitur. Idq; non sine frequenti gemitu facit, quod victus, quod repulsus, quod se non victus fuerit: tumque amore exciderit, quòd denique notas domos, dulcemque reliquerit patriam. Hoc igitur quasi probro affectus taurus, multis modis testatur dolorem suum. Contendit omnibus neruis,ac viribus. Inter scopulos nō equatos,sed asperos,dies noctesque se continet, nec aliud latibulum quærit. Spineta, & carecta pastum prębent. Meditatur vltionem. Quid possit,aut valeat,secum ipse periclitatur. Insultat cornibus aduersus arborum truncos. Auras ipsas cornuum impetu crebro verberat, affligit, lacerat. Tam ferociter, & insolenter pedibus puluerem excitat atque dispergit, vt pugnæ præludium facere,veriq; certaminis imaginem referre videantur. Posteà verò quàm rediit ad se,viresque reparauit huiusmodi exercitio,more bellantium, effert signa futuri prælij: & in aduersarium iam ex anteacta pugna securum temerè ac violenter irruit. Omninoq;, quemadmodum fluctus in medio freto excitatus, albo cum colore,magis,ac magis insurgit, & paulatim per aquas depellitur,dumq; ad littora defertur,scopulis illisus, terribilem edit sonum, & instar montis prouoluitur: post autem ebullit ex fundo maris, ita vt arena nigra vi tempestatis appareat: sic taurus paulatim mouetur ad prælia, & primò se armat,tum maiores impetus facit,demum pronit instar maritimorum fluctuum.

Contentio inter tauros propter fœminam.

Taurus victus dolet,& vindictam meditans non acquiescit.

Excursio:

Excursio : qua vim libidinis equorum amplificat.

[a]Omne adeò genus in terris hominumq́, ferarũ.
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq́, volucres, (q́,
In furias ignémque ruunt. amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sæuior erranit campis, nec funera vulgo
Tam multa informes vrsi, stragémque dedere,
Per syluam, tum sæuus aper, tum pessima tigris:
Heu male tum Libyæ solis erratur in agris.
Nonne vides, vt tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantum notas odor attulit auras?
Ac neq, eos iam frena virûm, nec verbera sæui,
Non scopuli, rupésque cauæ, atque obiecta retentat.
Flumina, correptos vnda torrentia mõtes. (dant
Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus,
Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,
Atq, hinc, atq, illinc, humeros ad vulnera durat.
[b]Quid inuenis, magnum cui versat in ossibus ig-
Durus amor? nẽpe abruptis turbata procellis (nem
Cæca nocte natat seruus freta quem super ingens
Leander — Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant
Æquora, nec miseri possunt reuocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variæ, & genus acre luporũ
Atq, canum? quid, qui imbelles dãt prælia cerui?
[c]Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,
Et mẽtem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.
Illas ducit amor trans Gargara, transq, sonantem
Ascanium, superant montes, & flumina tranant,

Continuò-

Continuóque auidis vbi ſubdita flamma medul-
Vere magis, quia vere calor redit oſſibus, ille (lis,
Ore omnes verſa in Zephyrum ſtant rupibus al-
Exceptántque leues auras, & ſæpè ſine vllis (tis,
Coniugijs vento grauida (mirabile dictu)
Saxa per & ſcopulos, & depreſſas conualles
Diffugiunt (non Eure tuos, neque ſolis ad ortus)
In Boreã, Caurũq;, aut vnde nigerrimus Auſter
Naſcitur, & pluuio contriſtat frigore cœlum.
d Hinc demũ hippomanes, vero quod nomine di-
Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus, (cunt
Hippomanes, quod ſæpè malæ legêre nouercæ,
Miſcuerunt q; herbas, & non innoxia verba.
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore.

Pleriq; hæc aconita nouercæ.

Paraphraſis.

a Animalium ſingula genera, quæ in vniuerſa rerum natura exiſtunt, ſiue ea ratione vtantur, ſiue ſint rationis expertia, tum aquatilia, tum terrena, tum volatilia, libidinoſis amoribus vehementiſſimè, ardentiſſiméque commouentur. Omnia ſimili modò, pariſque ſtimulo, pro ſua quæque natura, commiſcendorum corporum cupiditates habent. Eſt (inquam) hoc commune animantium omnium, vt venereis voluptatibus incendantur. Leæna, quo tempore amat, immaniter, & ferociter in agris inambulat, adeò vt inflammata nimio & immodico ardore, nullam habeat curam ſeunculorum ſuorum. Vrſi (eo tempore, quo amant) mirandum in modum ſæuiunt, & plurima paſſim occidunt animalia. Non erit integrum, tutúmue, per id tempus, obuiàm ire vel apro, qui ſuapte quoque natura ferox eſt, vel tigridi, quæ ſub cocundi tempus

Egreſſio, tractus furentis Amore, ſcilicet inſanire animalia omnia.

Leæna.

Vrſi.

Aper.

Tigris.

pus immaniſſima eſt. Quiſquis ibit per Aphricę deſerta loca, quo tempore in amore ſunt tygres, ſummo ſuo cum periculo id faciet: cum propter has, tum propter ſerpentes, quibus ea referta regio eſt. Annon vulgaris experientia rerum docet, quod (ſi vel odorem apportauerint aurę) ita, præ furore, tota equorum corpora penitùs tremant, vt nec frænis, nec verberibus, nec ſcopulis, nec rupibus, nec fluminibus, nec vllis obſtaculis coërceri poſſint: quò minùs ad eas perueniant? Sues domeſtici, & ciçures (quales Sabini plurimos habent) præcipites feruntur, amorum tempore, exaſperantq; dentes, ad pugnam ſe accingunt, pedibus impellunt & fodiunt alternis terram, in arborem tranſuerſi currunt, teruntq; latera. Denique & pedum motione, atq; pulſu, & coſtarum colliſione atque contritu confirmant ſe, augentq; vires ad futura certamina.

Equus.

Sues.

Iuuenis.

Leander amore amicæ ſuæ mare turbidũ nocte traiicit.

Dicat aliquis, hæc quidem animalia carere ratione & idcircò grauiùs, quam homines furere. Quid (quæſo) iuuenis facit, cui vehemens cupido intus in medullis hæret? Annon auſus eſt Leander nocte non lucida, ſed caliginoſa, per Helleſpõtum non tranquillum, & placidum, ſed turbulentiſs. tempeſtatibus cõmotum traijcere ad amicam, cui Hero nomen fuit? Cùm interim aer (per quem iter eſt factum) nubibus erat obſitus: cúmque maria reſonabant clamore, ac voce amatoris, quem neque parentum amor domi retinere, neque virgo ipſa eius cauſa mori parata retrahere ab itinere potuit, ſed vſque adeò inſaniuit, vt nec benè mouentes audire, nec ſibi conſulere ſuſtineret. Lynces præterea maculoſæ (quæ ſunt in tutela Bacchi) quæ mouent prælia? Luporum, & canum quanta rabies eſt? Cerui quàm ſunt molli corde, & puſillanimes, non eſt obſcurum: tunc tamen, cùm amant, magnoperè mouentur ad prælium.

Lynces. Lupi. Canes. Cerui. Equæ.

Libido equarum maxima.

Inſaniunt quidem animalia cætera, cùm regnat appetitus coniunctionis, ſed maximè omnium, equæ inflammantur, & furunt libidinibus. Talem impetum, & fer-

& feruorem earum animis immisit olim Venus, vt cùm Glaucus ex Potnia Bœotiæ ciuitate, cohiberet eas à coitu, quò essent velociores, ab equabus nimia cupiditate effrænatis dilaniaretur. Equas cùm stimuli venerei titillant, & agitant neque Gargara, in minore Phrygia, vllíue montes, neque Ascanius Mysiæ lacus, vllíue fluuij retinebunt, quò minùs & hos tranare, & illos superare possint. Simul atque ignis versatur in earum ossibus, quod fit vno tempore potissimùm, quo solent esse calidiores: equæ stant in editis montibus, nimio ardore commotæ, contra frigidiorem ventum, leníssiméq; spirantem Fauonium, ora patefaciunt, ad sedandum calorem. Indè sæpenumerò, grauidæ factæ, sine masculorum semine (quæ res est profectò admiratione digna) per saxa, per scopulos, per valles discurrunt, non orientem solem versus, sed in septentrionem, in occidentem, & in austrum nebulosum, atq; pluuiosum.

Equæ grauidæ sine masculorum semine.

[d] In summa (vt vim amoris, facultatemq; breuiter expediam) ex equarum venere furentium effluit menstruum tenax, & (vt ita dicam) glutinosum, quod à pastoribus rectè appellatum est Hippomanes: quia μανία furor designat, ἵππος equum. Hippomanes (inquam) quod nouerca priuigni necandi causa cum aliis herbis venenatis, magicísque carminibus parare, in poriombusq; commiscere solet. Verum enimuerò, dum singula ingenium persequimur, dum voluptate inducimur, interea præterfluit res præcipitis. præterfluit (inquam) tempus, non rediturum omninò dum amore susceptí negotij, hijsce rebus enumerandis, ac describendis immoramur. Quid enim opus est hac in re diutiùs insistere, cùm ex nobismet ipsis capi coniectura queat, quanta sit, fuerit, erit amoris vis ac potestas.

Hippomanes vnde.

Narratio-

Narrationis pars secunda: de pecorum gregibus pascendis.

[a] *Hoc satis armentis: superat pars altera curæ,*
Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas.
Hic labor, hinc laudem fortes sperate coloni. (mi
[b] *Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnã sit, & angustiis hunc addere rebus honorem.*
Sed me Parnassi, deserta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli diuertitur orbita clino. (dum.
Nunc veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.
[c] *Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam*
Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas,
Et multa duram stipula, filicumque manipli
Sternere subter humum, glacies ne frigida ladat
Molle pecus scabiemq; ferat, turpesq; podagras.
Post hinc digressus, iubeo frondentia capris
Arbuta sufficere, & fluuios prebere recentes,
Et stabula à ventis hyberno opponere soli
Ad medium conuersa diem, cum frigidus olim
Iam cadit, extremoque irrorat Aquarius anno.
Hæc quoque non cura nobis leuiore tuenda,
Nec minor vsus erit, quamuis Milesia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.
Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis
Quã magis exhausto spumauerit vbere mulctra
Lata magis pressis manabunt flumina mammis.
[d] *Nec minùs interea barbas, incanaq; menta,*
Cyniphij tondent hirci, setásque comantes
Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis.
Pascuntur verò syluas, & summa Lycæi,
Horrentesque rubos, & amantes ardua dumos:

Atque ipſa memores redeunt in tecta, ſuóſque
Ducunt, & grauido ſuperant vix vbere limen.
Ergò amnis ſtudio glaciem, ventóſque niuales,
Quo minor eſt illis curæ mortalis egeſtas,
Auertes, victúmque feres, & virgea latus
Pabula, nec tota claudes fœmilia bruma.
At verò Zephyris cum læta vocantibus æſtas,
In ſaltus vtrumq; gregem, atq; in paſcua mittes,
Luciferi primo cum ſidere, frigida rura (nent,
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina ca-
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.
Inde, vbi quarta ſitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ,
Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus vndam.
Æſtibus ac mediis vmbroſam exquirere vallē,
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus accubet vmbra.
Tum tenues dare rurſus aquas, & paſcere rurſus
Solis ad occaſum, cùm frigidus aëra Veſper
Temperat, & ſaltus reficit iam roſida luna, (mi.
Littoraq; Halcionē reſonant, & Acanthida du-
Quid tibi paſtores Libya, quid paſcua verſu
Proſequar? & rarís habitata mapalia tectis?
Sæpè diem noctemq;, & totum ex ordine menſē
Paſcitur ítque pecus longa in deſerta ſine vllis
Hoſpitijs, tantùm campi iacet: omnia ſecum
Armentarius Afer agit, tectumq;, laremq;,
Armaq;, Amicleumq; canem, Creſſaq; pharetra,
Non ſecus, ac patrijs acer Romanus in armis

Iniuſto

Ininſto ſub faſce viam cum carpit & hoſti
Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris,
At non qua Scythiæ gentes, Maeoticáq; vnda
Turbidus & torquens flauentes Iſter arenas,
Quáque redit medium Rodope porrecta ſub axem.
Illic clauſa tenent ſtabulis armenta neque vlla
Aut herba campo apparent, aut arbore frondes,
Sed iacet aggeribus niueis informis & alto.
Terra gelu late, ſeptémque aſſurgit in vlnas,
Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri.
Tum ſol pallentes haud vnquã diſcutit vmbras:
Nec cum inuectus equis altum petit æthera, non
Præcipitẽ Oceani rubro lauit æquore currũ. (cum
Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ,
Vndáque iam tergo ferratos ſuſtinet orbes,
Puppibus illa prius patulis, nunc hoſpita plauſtris,
Aeráque diſſiliunt vulgò, veſtéſque rigeſcunt
Indutæ, cadúntque ſecuribus humida vina,
Et tota ſolidam in glaciem vertêre lacuna,
Stiriáque impexis induruit horrida barbis.
Interea toto non ſecius aëre ningit.
Intereunt pecudes, ſtant circumfuſa prænimi
Corpora magna boum, conférto quæ agmine cerui
Torpent mole noua, & ſummis vix cornibus exſtant.
Hos non immiſſis canibus, nõ caſſibus vllis, (tam.
Puntcæue agitant pauidos formidine pennæ:
Sed fruſtrà oppoſitum trudentes pectore montem,
Comminus obtruncant ferro, grauiterq; ruentes
Cadunt, & magno lati clamore reportant. (tes
Ipſi in defoſſis ſpecubus, ſecura ſub alta
Otia agunt terra, congeſtáque robora, totáſque

Aduolutæ

Adsuluere focis vlmos, ignique dedêre.
Hic mollem lado ducunt, & pocula læti
Fermenta, atque acido imitantur vitea sorbis,
Talis Hyperboreo septem subiecta Trioni
Gens effrenatorum Rhipheo tunditur Euro,
Et pecudum fuluis velantur corpora setis.
Si tibi lanicium cura primùm aspera syluæ,
Lappæque, tribulique absint, fuge pabula læta.
Continuoque greges villis lege mollibus albos.
Illum autem (quamuis aries sit candidus ipse)
Nigra subest vdo tantum cui lingua palato,
Reice, ne maculis infuscet vellera pullis
Nascentum, plenoq; alium circumspice campo.
Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)
Pan Deus Arcadiæ captam te, Luna, fefellit
In nemora alta vocãs, nec tu aspernata vocantē.
At cui lactis amor, cytisum lotósq; frequentes
Ipsemanu salsásque ferat præsepibus herbas.
Hinc & amant fontes magis, & magis vbera tē-
Et salis occultũ referunt in lacte saporem. (dunt,
Multi tam exactos prohibẽt à matribus hœdos,
Primáque ferratis præfigunt ora capistris.
Quod surgente die mulsere horisque diurnis,
Nocte premũt: quod iam tenebris, & sole cadẽte,
Sub lucẽ exportant calathiũ (adsit oppida pastor)
Aut parco sale contingunt, hyemique reponunt.
Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed vna
Velocis Spartæ catulos, acremque molossum
Pasce sero pingui, nunquam custodibus illis
Nocturnum si abulis furem, incursúsq; luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

Sæpè etiam cursu timidos agitabis onagros
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
Sæpe volutabris pulsos syluestribus apros
Latratu turbabis agens, montésque per altos
Ingentem clamore premes ad retia cernum.
[m] Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbaneúmque agitare graues nidore chelydri.
Sæpè sub immotis præsepibus aut mala tecta
Viperæ delituit, cælúmque exterrita fugit,
Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbræ,
Pestis acerba boum, pecorique aspergere uirus,
Fouit humi, cæpe saxa manu, cæpe robora pastor,
Tollentémque minas, & sibila colla tumentem
Deiece, iámq; fugæ timidum caput abdidit alæ,
Cum medij nexus extremæq; agmina caudæ
Soluuntur, tardósque trahit sinus vltimus orbes.
[n] Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis
Squamea conuoluens sublato pectore terga,
Atq; notis longam maculosus grandibus alnum,
Quá dum amnes uili rumpuntur fœtibus, & dum
Vere madent vdo terræ, ac pluuialibus austris,
Stagna colit: ripisq; habitans hic piscibus atram
Improbus ingluuiem rauisq; longacibus explet,
Postquã, exhausta palus, terræq; ardere dehiscit
Exitus in siccum: & flammantia lumina torquit
Sæuit agris, asperque situ, atque exterritus æstu.
Ne mihi tum molles sub dio carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,
Cùm positis nouus exuuijs, nitidúsque iuuenta
Volutur, aut catulos tecti, aut ouа relinquens
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.

[o] Mor-

*Morborum quoque te cauſas, & ſigna docebo.
Turpis emeſtentat ſcabies, vbi frigidus imber
Altiùs ad viuum perſedit, & horrida cano
Bruma gelu, vel cum tonſis illotus adheſit
Sudor, & hirſuti ſecuerunt corpora vepres.
Dulcibus idcircò fluuijs pecus omne magiſtri
Perfundunt, vdiſque aries iugurgite villis
Merſatur, miſſuſque ſecundo deſluit amni.
Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca,
Et ſpumas miſcent argenti, & ſulphur aviua,
Idæaſque pices, & pingues vnguine ceras, (men.
Scyllamq; helleboroſque graues, nigrúmq; bitu-
Nó tamẽ vlla magis præſens fortuna laborum eſt,
Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os: alitur vitium, viuitque tegendo,
Dũ medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat, & meliora deos ſedet omnia poſcens.
Quin etiam ima dolor balantum lapſus ad oſſa
Cum ſurit, atq; artus depaſcitur arida febris:
Profuit incenſos æſtus auertere, & inter
Ima ferire pedis, ſaluentem ſanguine venam,
Biſaltæ quo more ſolent, acerque Gelonus,
Cum fugit in Rhodopen, atq; indeſerta Getarum,
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.
Quam procul aut molli ſuccedere ſapius vmbræ
Videris, aut ſummas carpẽtem ignauius herbas,
Extremúmq; ſequi, aut medio procumbere cam-
Paſcentem, & ſera ſolam decedere nocti: (po
Continùo ferro culpam compeſce, priùs quàm
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.
Non tam creber agens hyemẽ, ruit æquore turbo,

Quàm multæ pecudum pestes nec singula morbi
Corpora corripiunt, sed tota ætiua repente,
Spemq́; gregemq́; simul, cunctámque ab origine gentem.

Paraphrasis.

De pecorum gregibus pascendis.

[a] De equis, equabus, pullis, bobus, vaccis, vitulis, bestijsque maioribus, à me satis esse dictum arbitror: secundus iam instituti locus restat, qui est de pastione pecorum, vt ouium, caprarum, & reliquorum eiusdem generis.

Fructus huius. ce tractationis.

[b] Est sanè difficile quiddam meri animalia imbeciliora in eóque multum operæ, industriæque ponendum est: sed ex hisce tamen gregibus benè, nanciscque curatis, proueniet multitudo pecorum, partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda. Semper enim difficilia, quæ pulchra. Nec verò mihi dubium est, quin magnum quiddam, & arduum sit, res tam tenues, & non ita late patentes, ita verbis augere, & extollere, vt alicuius ponderis, & momenti esse videatur. Nihil (inquam) dubito, quin mihi quoque operosum sit, humilem arctámque materiam, illustri splendidóque sermone decorare. Etenim raræ cuiusdam facultatis videri debet res contemptas & abiectas, ita verbis augere & expolire, vt magno in precio haberi possint. Esto, sit opus difficultatis, & laboris plenum: ego tamen incredibili cupiditate scribendi accensus, & ad immensam scriptorum gloriam aspirans, trahor ad loca Poëtis Latinis inaccessa, hoc est, ad eiusmodi rerum cognitionem, contemplationémque me refero, cuiusmodi se in Parnasso monte Phœbus, & ipsa Musarum sede, Græci se adeptos esse gloriantur. Animus est per ea iuga decurrere ad fontem Castalium, propè Delphos, & Pithonem Musis consecratum, per quæ nemo veterum Poëtarum facile ascensu trajecre potuit hactenus. Ea carminibus monumentísque mandabo, quæ à superioribus vatibus nondum

Difficilia quæ pulchra.

Præclarum est res vlles ita sermone splendido decorare, vt in precio sint, illustres eo bona indigent.

nondum tractata sunt. Nunc, O Pales rusticorum Dea, oportebit me res exiguas, & in angustum conclusas, & à nullo nostrorum hominum commemoratas, amplificare oratione, & verborum honoribus exornare. Invocatio.

Exordium igitur scribendi capiens, iubeo, atque præcipio per brumam in ouilibus custodiri oues, ibique gramen aræfactum, id est, fœnum comedere, donec aduenìat æstas. Itémque sub ouicularum pedibus sterni volo stramina, & filicum manipulos, ad mollefaciendam terram, ne hyemali frigore corrumpantur, néue afficiantur scabie, néue fiant podagricæ. De ouium pastione, hyberno tempore.

Deinde à custodiendis ouibus sermonem conuertens ad caprarum curationem, in earum cibum, palulúmque abundè suppeditari volo frondes arbutorum, in potum verò, aquam non pigram, sed recenter hausta. Caprilia insuper à ventorum asperitatibus, maximè ab inclemẽtia boreæ defendantur, atq; muniantur, statuantúrque contra eam plagam, per quam brumali tempore sol decurrit, & in qua sol meridianis horis appareat nobis; hoc est, in austrum vergant. Atque istæc per hyemem fieri, procurariq; debent, quandò iam iam occasurus Aquarius est. Et hæc quidem pectora non minore studio, & industria conseruanda nobis erunt, quàm oues. Néque enim pauciores fructus, vtilitatésue prouenient ex capris, quàm ex ipsis ouibus. Quamuis autem apud Mylesios omnia vellera (quæ coquendo traxere colorem purpureum) magno pretio cum alijs mercibus permutentur, tamen non minor ex capris vsus commoditáq; promanat. Caprę producunt vberiorem copiosiorémq; sobolem, vnóque nixu binos, ternósue hircos, aut interdum etiam quaternos emittunt: cùm ouiculæ non nisi singulos ferè fœtus singulæ progignant. Capræ mulctò plus lactis præbent, quàm ouiculæ. Adeóque quò magis vbere pressato mulctrale vas redundauerit, eò magis manabunt lacte. Libyci pastores abradunt hirquinas barbas, pilósque oblongos resecant ad Curæ caprarũ, & caprilium. Quibus locis statuenda sint Caprilia. Caprę non minùs à nobis curandæ sunt quàm oues. Caprarum fœcunditas in sobole & lacte.

facienda cilicia, caſtrorumque tecta, & ad nauium velamina, quibus defenduntur pluuiæ. Præterea que hirci, & capræ minores, & æſtate, cura, & hyeme, neleſtia, cuſtodiuntur. Etenim per ſyluas, per montes, per vepres, per dumos non precioſum fœnum, ſed frondes carpunt nullis aliòqui vſibus futuras. Itémque poſt paſtionem, ſine vllo paſtore reuertuntur, cum ſuis hædulis in captiuia, vixque tranſire poſſunt limina, propter vbera lacte diſtenta. Quò igitur negligentiorem ſui cultum habent capræ, minuſque profpicant ſibi à miſerijs mortalium, eò diligentius tibi curandæ ſunt. Quocircà propulſabis aëris iniurias, frigoriſque vim arcebis & acrimoniam. Denique ſubminiſtrabis in paſtum, frondes & arborum comas quernas, ilignas, & eiuſmodi. Neque hyemali tempore ſecludantur ab eo loco, in quo ſaltem ſecundæ ſectionis fœnum reponitur.

Hirci & capræ paruo ſumptu aluntur.

A frigore ſunt defendendæ.

De ouibus, caprisque paſcendis, æſtiuo tempore.

* Capræ quo pacto cuſtodiendæ ſint hyberno tempore, iam eſt à nobis explicatum. Quod autem ad æſtiuam curam & caprarum, & ouium attinet, quàm primùm æſtas aduenerit, eas in ſaltus, & in paſcua emittes: præſertim cùm ipſe Fauonius, tum temporis inuitet, atque prouocet. Efficiamus, vt oues, capræque depaſcant herbas, in aurora: cùm ſcilicet apparet matutina ſtella Veneris, cùm illuxit primum diluculum, cùm pruinis obriguêre gramina, cùm rores gelidi, & quaſi vitales pecori, rigant agros. At verò, cùm hora poſt exortum ſolem quarta ſiccitatem aëris contraxerit, rorémque calore abſumpſerit: cumque raucæ, & canoræ cicadæ (ſtridentes ſua ἀριστίμαν) implebunt ſtrepitu ſyluas, nouellis arboribus conſitas, tum, da operam, vt paſtæ agantur potum, vel ad puteos iuges, vel ad ſtagna, aut vndam profluentem tubis ex ilice compoſitis. Sed pomeridianis horis (quibus feruet æſtu cœlum) fac vt greges captent vmbracula, in eſque conquieſcant. Loca petant (inquam) vbi creſcit quercus frequens, & patulis diffuſa ramis cuius-

cuiusmodi consecrata Ioui est edenti oracula in Dodona, aut vbi Syrtua vmbrosa tam densis conseratur arboribus, quàm loci illi, quos defendit religio. Pòst (inclinante ad vesperum die) iterum agantur ad flumina, iterumq; ducantur ad pastionem, occasum petente sole, cùm videlicet vespertina stella Hesperus refrigerat aërem, cùm mater humiditatis Luna perfundit rore terras, cùm audire licet canentem in littoribus Alcedinem, cùm denique in spinetis cantillat carduelis.

Sed pro natura, & varietate regionum, varia sunt ac diuersa pascendi genera. Nam quid ego hic recenseam Libycam pastionem, humilésque casas, & rustica tiguriola? Id enim scire, parùm aut nihil Italis pastoribus profuerit, vt qui non versantur in æstu tam assiduo, sed temperatiore plaga degunt. Ibi pascitur pecus per integrum diem integrámq; noctẽ, (quid autem diem noctémue profero, imò per mensem vniuersum) errátque per sola loca, sine caulis, aut septis. Tam latè illic patent campi, & exponuntur pascuis. Lybicus pastor ducit secum & tectum, & penates, & instrumenta pastoritia, pedum, obbam, peram, multram, canémque Laconicum, Cretensémque phareram Sydonijs sagittis plenam ac refertam. Non aliter quàm Romanus miles secum fert arma sua, & sub iniquo pondere progreditur aduersus hostem, at de repentè, dictóque citiùs, fertur in aduersarium. De pastione Libyca. In Libya pecus pascitur per integrum diem & noctem. Pastor Lybicus tectum secum fert.

Apud Scythas non est huiusmodi pastio, neque pecora sine vllis hospitijs vagantur per deserta loca, quemadmodum in Aphrica fieri solet. Nam apud accolas Mæotidis paludis, & apud Pannonas, propter Danubium habitantes, & apud Thracas (vbi Rhodope vergens ad Orientem reflectitur in septentrionem) frigidissima est aura, & superiori contraria. De pastione Scythica.

Illic, Pastores non sinunt per agros errare pecudes, vagas, & incustoditas, sed præsepibus inclusas continent. Egressio in Scythiæ descriptionem.

continent. Illic in hyeme vix videas gramina, quæ vbiuis terrarum ſponte creſcunt, ne paleribus quidem æquoribus prouenire. Illic brumali tempore, neque frondes arborum, neq; virgulta ſuppetunt: ſolis ſiquidem abeunte ad meridiem, deſtituuntur herbæ, ac frondes naturali ſuo ſucco. Ibi per hyemem niuibus tegitur ſolum ita vt varietate formarum, omniq; ornatu careat. Terra paſſim cogitur, denſaturq; frigoribus. Nix, glacieiq; concreſcunt in ſeptem vlnas: ibi, hybernum & durum anni tempus perpetua vi frigorum viget. Septentriones venti valdè aſperos illic, vehementéq; ſpiritus emittunt. Ibi denique hyemali tempore, triſtitiam cœli ſol non diſpergit, neq; cùm in hemiſphærium noſtrum venit, neq; cùm ad occaſum ruit: hoc eſt, neque mane, neq; veſperi. In amne profluente ſubitò glaciei particulæ coeunt, & conſtringuntur, ipſumq; gelu fluxum humorem ſic ebibit, ſic fiſtit flumina, vt rotas ferro munitas ſuſtinere valeant, & quæ iter antè non niſi puppibus admittebant, nunc vehiculis, & currubus traijci poſſunt. Vi frigoris, compluribus in locis crepant & rumpuntur inſtrumenta, & vaſcula ærea. Veſtes (quibus vtuntur homines) ita durantur, & contrahuntur, vt frangi potiùs, quàm findi poſſe videantur. Vina nimis diluta, etſi naturaliter calida ſint, tamen congeliantur. Lacices toti ad fundum vſque marmoris inſtar, ita condenſati ſunt, vt vnus glaciei globus eſſe videatur. Humor impexis inculuſq; Scytharum barbis hærens (more lapidis) rigelaſcit, duriúſque fit. Dúmque gelu ſic coagulatur omnia, non minùs, neque legnùs vix paſſim tractis, cæſimque diuiſa cadit. Emoriuntur animalia, præ frigore, & inædia. Stupent boues, frigéntque ac rigent niuium congerie, ac põdere. Agminatim paſcentes cerui, pigri redduntur acrimonia frigorum, náque obruuntur mole, cumulóque niuium, vt vix cornibus ipſis emineant. Atque inter venandum Scythæ nõ perſequuntur ceruos aut canibus venaticis, aut laqueis, & retibus, aut illuſione terribilium colorum: ſed, vbi

In Scythia vix videbis gramẽ in hyeme.

Terra per totũ hyemem niuibus tegitur.

Glacies in ſeptem vlnas concreſcunt.

Immenſum frigus in Scythia.

huí conſerta manu,abſcindũt capita ceruorum, cùm iam nequeant obiectam molem, cumulúmque ruinis aut ſuperare, aut propellere. Ceruos (inquam) ruinis impeditos,& obrutos occidunt, vocémque glocitantem edere morientes cogunt, occiſos cum plauſu ſummo reportant domum. Ipſi autem Scythæ in ſpeluncis locati ſubterraneis, tranquillè, mollitérque vi-ctitant. Truncos arborum,& integras vlmos, ad propellendum frigus in ignem conijciunt, atque congerunt. In huiuſmodi antris, quaſi perpetuam noctem traducunt, ludóſque concelebrant. Et, ceruiſia, vel zytho, ex frumentis & ſorbis confecto, ſaporem vini noſtri vtcunque referunt. Extat ergò iſtiuſmodi genus hominum ſæuum, & rectorem recuſans, borealem habitans plagam, qui rhetionibus, id eſt, veſtibus factis de animalium pilis, & pelliculis teguntur.

Scythæ in ſpeluncis ſubterraneis habitãt, & mollitèr victitant.

Si lanam vel ad texturam quæris, vel ad alium quempiam vſum, abſint inprimis dumeta. Locus enim (in quo paſcuntur oues) ſpinis, vepribus, lappiſque,ac tribulis vacare debet, ne aut earum vellera diſcerpantur, aut ſcabra reddantur corpora. Effice præterea, vt ne pingueſcant præter modum. Nam vt animalia cætera macies hirſuta facit, pinguitudo autem, pilis carentia: ſic ouibus propter pinguedinem, humiditatémque lana defuerit. Iam indè à prima ætate ouium, primúmque cura delige ad amplificandam rem pecuariam oues albis, mollibúſque velleribus inſignitas. Alba enim lana precioſior eſt, quæ alio quouis colore infici tingíque poteſt: nigra non item. Ipſum etiam maritum pecoris (quamuis reliquo corpore ſit candidus, tamen ſi vel ſola lingua eiuſdem coloris cum lana non exiſtat) repudiabis, & explodes, ne huiuſmodi nigrore conſpurcentur eorum, quos generamus eſt, agnorum vellera. Alium igitur admiſſarium, dominumq; gregis eliges ex omnibus armentis, omni ex parte candidum. Ouis alba quanti facienda ſit, docuit exemplo ſuo Luna, quæ (tantæ pulchritudinis amore incenſa) Panu hoc mercedis offerenti, &

De lanicio cõparando.

Nimia pinguitudo, lanæ defectum efficit.

Alba lana præſtantiſſima.

Ouis alba quanti facienda.

in

in nemora vocitanti, facilem se, morigerámque præbuit: si modò vera sunt, quæ Poëtæ prædicant.

De lactis habendi studio,

[k] Verùm si quis cupit abundare lacte, frequentet ad præsepia ferat dulcem, succosumq; fruticem, ei cythiso nomen est, & loti frondes, & alias herbas sale conspersas. Ex quo fiet, vt tum sitis prouocetur, ita vt sæpius eant potum, tum vbera distendantur, ita vt plus lactis præbeant, & quidem sapidioris. Nonnulli hædos iamdudum prognatos, & ferè trimestres à matribus depellunt, induuntq; tenellis labris aculeos sempos, ne fugere, nisi matrem lędant, possint. Quidam ante lucem coagulant & in caseos cogunt, quod mane & interdiu emulctum est. At ex nocturno lacte, vel oppidanis vendunt, vel caseos modico sale condiros in futuram hyemem fingunt.

Canes vtiles & pastoribus perquàm necessarii,

[l] Nec vltimo sanè loco habendi pastoribus canes, imò vel in primis comparandi, diligenterq; nutriendi sunt. Celeres Laconici & strenui Epeirotici comedá liquorem è caseo, aut lacte defluentem. Sunt hij longè optimi tum villatici, tum pecuarij. Horum fidissima custodia est. Hij & à stabulis (quibus includuntur pecora) fures, ac lupos abigent, & à tecto arcebunt latronum insidias. Sæpè etiam numerò, cursu venaticorum canum insectaberis asinos siluestres, & lepores, & damas. Sæpenumerò, persequêris apros è cauea sua excitatos. Sæpenumerò, agere ceruum in laqueos, multo latratu canum poteris.

Serpentes quo suffitu abigantur,

[m] Da operam, vt serpentes (qui tecta ingressi animalibus nocent) incenso cedrino ligno, fugare possis, & facto suffitu ex galbano, chelydros abigas. Pestilentiss. namque viperæ aut in præsepibus repletis sordibus delitescunt, ab hominumque conspectu se abdunt, aut locum in tecto, & vmbra capiunt, teráque incumbunt: quæ suo veneno (tanquam peste) armenta, & pecora inficiunt. Si talem offenderis, arripe saxa, arripe ligna prædura, & quamuis iras effundat, minitetur, habeátque colla sibilantia, dum tentas

tentat fugam, dum caput, cui præcipuè timet oc-
cultat, persequere. Cumque media membra
dissoluuntur ab extremis, & ita trahit spira extre-
mos orbes, vt non videatur amplius esse motu-
rus, tum caput (quod abdiderat) deprime & contun-
de, quo saluo, cætera membra facilè conglutinaue-
tit.

* Est prætereà serpens pernicioſus, cùm aliis in locis, tum præcipuè in Italiæ regione Calabria, quem Græci χέρσυδρον, nostri natatricem nominant. Hic à forma, & figura partium cognosci potest, quia ca-
put erectum habet, tergum squameum, longam al-
tum, pellemque maculosam. Cognosci etiam ex
viuendi more poterit. Verno enim tempore, ac plu-
moso dum vndæ per fontes defluunt, dum in cam-
pis, pratisque riuos, & aquas offendit, habitat, & frequentat stagna. In quibus quidem stagnantibus aquis, piscibus & ramis exatiare gulam solet. At-
qui postquam exiccata stagna sunt, terræque fin-
duntur, ac fatiscunt calore solis, extra paludes & lacus versatur, & in terris ipsis partim siti, par-
tim vehementi ardore irritatus, læuitiam exercet su-
am. Vij prohibeant, vt vel mihi, vel alij cuipiam som-
num inire contingat aut in aprico aëre, aut per her-
bas nemoris, eo tempore, quo anguis, veteri exu-
ta pellicula, & quasi senectute deposita, rediens ad
priorem ætatem, soli expositus repit, quo tempore
vel fœtus, vel oua (vndè fœtus edit) relinquens te-
ctis, lingua trifariam fissa micat: id est, eam nunc in-
serit, nunc exerit.

Descriptio anguis Calabrici.

* Ostendam prætereà, planumque faciam cui-
uis Pastori, undè morbi pecorum, atque ouium in-
primis proueniant, & quibus indicijs deprehendi pos-
sint. Oues maximè solent infestare scabies, & febris.
Scabie verò, (quæ corpus asperum ac turpe reddit)
plurimque afficiuntur, postea quam aut gelidæ pluuiæ
per medullas, & ossa penetrauerint, dissipatúsque
fuerit natiuus calor, aut acerrimis frigoribus
hyemis

De morbis pecorum.

Scabies & febris Ouibus peculiares.

hyemis perhorruerint, aut sudor æstiuus nondum satis ablutus adhæserit ossibus, aut spinæ aculei plenæ corpora dilacerauerint. Quid igitur pastores faciem? Quodnam huic contagioni remedium inuenient? Sanè quotquot periti sunt, atque prouidi, balneo dulci aquæ (nam salsa magis, magisque generabit pruiginem) lauabunt oues, arietémque scabiosum, adeniendum, emolliendúmque pruritum, in vndis immergent, ita vt vellera madefiant, eumq; sinent non aduersò, sed prono, ac defluente natare fluuio. Est etiam alia medicandi ratio. Nam contra scabiem, lasamque vepribus pelliculam, molliter inungent corpus amaris Olei sordibus, miscebúntque lythargyri argenti, & viua sulphura, & pices liquidas factas, & viscosam ceram, vnà cum oleo, & Scyllam, & veratrum album, atque nigrum, & bitumen. Neque verò mendendi cura cedere magis prosperè vlla alia ratione poterit, quàm si aliquis os vlceris resecauerit scalpello, benéque intùs purgauerit. Vlcus enim viuescit, & inueteraſcit alendo, vt inquit Lucretius. Putris, & corrupta pars fouetur, atque crescit, dum tegitur, dúque recusat pastor adferre medicamentum, sed cessat, indulget otio, vitam viuit sedentariam, & interim tamen sibi optima quæque à Deo dari vult. Quasi verò votis, aut precibus mulierbribus Deorum auxilia comparentur: vigilando, laborando, benè consulendo prosperè omnia cedunt. Vbi socordiæ te, atque ignauiæ tradideris, nequicquam Deos implores: iram infestique sunt. Deus agentes, & cooperantes adiuuat, neque nobis dormientibus, omnia conficiet ex animi sententia.

1. Remedium huius contagionis.

2. Remedium.

Vlcus nõ alendum sed resecandum.

Pastor otiosus pecori pernicio-sus.

Febris.

P Insuper, cùm dolor ex febre vsque in medullis ossium furit, cùm febris lenta tabe consumit, & extenuat membra pecoris, vtile compertum est, eiusmodi sanguinis ebullitiones expellere, & ictu elicere sanguinem, aut de talo, aut ex eo loco, qui est inter duas vngulas. Quemadmodum faciunt Macedonici illi, qui Bisaltæ nominantur, & Scythæ illi bellicosi, qui

Geloni

Geloni dicuntur, cùm in Thraciam, Daciámque celeriter pergunt, & equorum sanguine aluntur, permisto lacte, quò anhelitum habeant fortiorem. Iam verò morbum latentem in pecude hisce argumentis deprehendes. Etenim cultro comprimes fututum, contagium eius pecudis, quam ita torpentem conspexeris, vt vmbras quærat, quámque negligenter, & nulla cum auiditate, cibum capere videris, quámque nullo ab exercitio defatigatam, sed sua sponte fessam repereris, quámque grauitate corporis, & pondere, sic impeditam inueneris, vt neque consistere, neque progredi possit: quam denique segnem, & cæteris tardiorem, aduentare domum animaduerteris. Hæc (inquã) signa, & indicia (quæ febrim solent antecedere) simul atque perceperis, crimen vitabis, in quod potèris incidere, si dum vni parcis, fuerit totus grex eius contagione corruptus. Neq; enim nouerunt reliquæ oues à morbosi corporis contactu abstinere. Omninò plures existunt morbi pecudum, quàm fluctus maritimi, nec singula tantùm pecora inuadunt, sed vniuersa in æstiuis locis degentia, sed agnos pariter cum matribus, hædos, & omnem fœturam. Est ergò principiis obstandum, ne grex totus inficiatur.

Ratio deprehendēdi morbū in pecude.

Morbo deprehenso maturè curandum est, ne latiùs propagetur, & ita totus grex inficiatur.

Egressio in descriptionem generalis cuiusdam pestis.

Tum sciat aërias Alpes, & Norica si quis — vid. Plin. L. 7. Hist.
Castella in tumulis, & Iapygis arua Timani,
Nunc quoque post tanto videat, desertáq; regna
Pastorum, & longè saltus, latéque vacantes.
Hinc quondam morbo cœli, miseranda coorta est
Tempestas, totóque autumni incanduit æstu,
Et genus omne neci pecudum dedit omne ferarum,
Corrupítque lacus, infecit pabula tabo.

Nec

Nec via mortis erat simplex, sed vbi igneus vim
Omnibus acta sitis, miseros adduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor, omniq; in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.
Sæpe in honore deûm medio stãs hostia ad aram,
Lanea dum nivea circundatur infula vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.
Aut si quam ferro mactauerat ante sacerdos,
Inde neque impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere vates,
At vix suppositi tinguntur sanguine culiri,
Summaque teniua sanie infuscatur arena.
[b]Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægras
Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.
Labitur infelix studiorum atq; immemor herus
Victor equus fontémq; aut eritur, & pede terram
Crebra ferit, demisse aures, incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus, aret
Pelliti, & ad tactum tractanti dura resistit.
Hæc ante exitium primis dant signa diebus.
Sin in processu cœpit crudescere morbus,
Tum verò ardentes oculi, atq; attractus ab imo
Spiritus, interdum gemitu grauis, imáq; longo
Ilia singultu tendunt, it naribus ater
Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua,
Profuit incertos latices infundere cornu
Lenæos, ea visa salus morientibus vna.
Mox erat hoc ipsum exitio, furiisque refecti
Ardebant, ipsiq; suos, iam morte sub ægra

Dij meliora piis, erroremq; hostibus illum)
Discissos nudis laniabunt dentibus artus.
Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem,
Extremóq; ciet gemitus, it tristis arator
Mœrentem abiungens fraternæ morte iuuencũ:
Atque opere in medio defixa relinquit aratra.
Non vmbra altorum nemorum, non mollia possunt
Prata mouere animum, nõ qui per saxa volutus
Purior electro campum petit amnis, at ima (tes,
Soluuntur latera, atq; oculos stupor vrget inedi-
Adterrãq; fimit demexo pondere cervix (terras
Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere
Interfisse graues? atqui non Massica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repostæ.
Frondibus, & victu pascuntur simplicis herbæ:
Pocula sunt fontes liquidi, atq; exercita cursu
Flumina: nec somnos abrumpit cura salubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæsitas ad sacra bones Iunonis, & vris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Ergò agere rastris terram rimantur, & ipsis
Vnguibus infodiunt fruges, montésq; per altos
Contenta cervice trahunt stridentia plaustra.
Non lupus insidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus noctiuagus obambulat, acrior illũ
Cura domat timidi Dama, cerui q, fugaces,
Nunc interq; canes, & circum tecta vagantur
Ianmarisimmensi prolem, & genus omne natãtũ
Litore in extremo, ceu naufraga corpora fluctus
Protulit: insolita fugiunt in flumina phoca.

Interit

Interit & curuis frustra defenſa latebris
Vipera, & attonitis squamis aſtantibus hydri,
Ipſis eſt aer anibus non aequus, & illa
Praecipitat alta vitam ſub nube relinquit.
Praeterea, iam nec mutari pabula refert,
Quaeſitae, nocent artes, ceſſere magiſtri
Phillyrides Chiron, Amythaoniúſq; Melampus,
Surgit & in lucem ſtygijs emiſſa tenebris
Pallida Tiſiphone, morbos agit ante, metúmq;
Inque dies auidum ſurgens caput altius effert.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,
Arentéſque ſonant ripae, colleſque ſupini.
Iámq; catervatim dat ſtragem, atq; aggerat ip-
In ſtabulis, turpi dilapſa cadauera tabo. (ſa
Donec humo tegere, ac foueis abſcondere diſſent.
Nam neq; erat coriis vſus, nec viſcera quiſquam
Aut vndis abolere poteſt, aut vincere flamma.
Nec tondere quidem morbo illuuie que peroſa,
Vellera, nec telas poſſunt attingere putres,
Verum etiam inuiſos ſi quis tentaret amictus,
Ardentes papulae, atque immundus eleuta ſudor
Membra ſequebatur, nec longo deinde morarum
Tempore cuncta artus ſaeuus ſacer ignis edebat.

Interijt dolia vulnus vulsis vulsa malum.

Paraphraſis.

Excurſio in deſcriptionem generalis cuiuſdam peſtis.

Si quis eo tempore (quo peſtis ingens incepit) vidiſſet montes illos editiſſimos, qui Germaniam ab Italia ſeparant: ſi quis Noricas Alpes, & caſtella in collibus poſita conſpexiſſet, ſi quis Iapygiam regionem, iuxta Venetiae ſtuuium Timauum cognouiſſet, ſi quis (inquam) ſciuiſſet, cuiuſmodi haec loca fuerant, quando eſſent pecoribus referta, etiam nunc quàm poſſit ea interiecta

interiecta sæcula, defertas agnoscat casas pastorum Alpes incolentium. Ibi enim tot morbi pecorum, tantáq; pestilentia fuit, vt loca vacua, & inculta iam apparent, & nulli reliqui sint pastores. In hisce olim regionibus, pessima quædam, & commiseratione digna pestis ex auræ corruptione nascebatur, & efferbuit, atque exarsit prima parte pestiferi autumni, quo morbi acutiss. & exitiosiss. magna ex parte solent accidere. Aquas quoque aëris vitio infecit, ita vt pisces interirent. Pabula etiam præter angustias rei frumentariæ sic erant veneno corrupta, vt vbique animalia tum domestica, tum syluestria occumberent. Nec moriebantur vulgari more, & secundum naturalem ordinem: sed postquam calor à præcordijs ad omnes venas corporis adactus membra contraxerat, & quasi conualuerat, & humor sordidus ac superfluus relictus fuerat, totum paulatim defecit animal. Cùm (dico) sanguis verus, & succus naturalis per febrem & pestem exiccabatur, in tabémq; contrahebatur, natura reniti, succumque deperditum instaurare volens, cùm esset inualida non nisi ventosum liquorem colligit, vndè pòst, ossa intercollabi visa sunt. Proh Deum immortalem, Tanta regnabat aliquando lues, vt hostia iamiam sacrificanda ad aram parata, velamen habens capitis ex more vtrinque dependens: in medio sæpè sacrificio ceciderit moriens, dum ad animal feriendum ministri crearent morem. Aut si in tempore percutientes sacrificuli mortem eius præuenissent: certè nullus ex mactata hostia, & extorum vsitione sentiebatur nidor, quia venenata caro haud facilè comburi, aut morbosa coqui solet. Nullus extispex è fibris iam pestifero morbo corruptis, & consumptis, præsagire quicquam potuit, quia non nisi ex sana victima colligi futura possunt. Atque adeò gladioli in quos decideret occidenda victima vix imbuũtur sanguine, qui totus tabe absumptus fuerat, & solum ipsum maculatur, atque exundat, non multo, sed tenui, non vero, sed vitiato sanguine.

Pestis magna ex aurę corruptione.

Morbus languidus.

Lues magna & inaudita in pecoribus.

Postquam hæc in sacrificando visa portenta sunt, ex hac tam inusitata corruptela, atque peste, iuuenculi ætate integra passim perierunt, etiam inter ipsas herbas, vsurámque huius lucis amiserunt, etiam apud præsepia pabulo referta: iam ne quis eos fame interiisse putet. Ex peste fit, vt canes, qui alioqui hominis blandiri solent suis, in eos ipsos rabie pestis morsu letali ruant. Pestis ita porcos concutit, ut tremiscere facit, ita commouet corpora, vt difficilem anhelitum trahant, vt angina fauces obstructa occupet: quæ quidem ex affluxo humore obesse apparent. Dij boni, quæ, & qualis commutatio fit ex hac pestilentia? Ecce tibi, equus ille, qui palmam sæpe solebat in curuli certamine, hinc labascit, ita vt infæliciter studuisse videatur alios equos vincere, cùm iam à fœdissimo morbo vincatur. Qui prius, magna cum auiditate carpebat cibos, nunc neque escæ, neque potionis meminit. Denique omnia signa edit, iamiam morituri: Pede terram crebrò concutit, flaccas habet & contractas auriculas. Sine vllo aut labore aut exercitio sudor excernitur, cuius causa non appareat, idémque frigidus existens, mortem portendit. Pellicula fit arida, rigida, & aspera tangentibus. Et quidem, vbi primùm equi languêre incipiunt, hæc prognostica mortem impendêre minitantur. Sed postquam inualuerit morbus, virésque carpent, tum sequetur ardor oculorum ex immodico calore febrili, tum fiet anhelitus ingens, & permolestus, tum accedet ventriculi conuulsio, tum propter humorum adustionem, fluet ex naribus niger sanguis, tũ lingua ex nimia siccitate rigebit, & vehementi ardore corrugabitur. Principio huiusce febris vtile fuit, cornu in os pecoris immisso, vinum infundere. Compertum hoc est efficax & præsens remedium, cùm in tempore sumebatur: at paulò pòst exitio fuisse liquet. Nam ex eo furibundi facti magis incendebantur, furórque, languentia corpora vsque adeò in vires excitauit, vt sua ipsorum membra dilaniauerint.

Canes rabie laborantes.

Pestis inter porcos.

Equi morbidi.

Morbosi equi qualitates.

Equi moribundi indicia.

Vinum in os pecoris infusum præsens est huic contagioni remedium.

Di

Dij dent omnia secundiora bonis, & virtutis hostibus equinam illam insaniam.

Taurus etiam inter arandum impensè laborans, quantumlibet fortis, tamen morbo, ac peste correptus, subitò concidit. Et quidem dum moritur, videas effundentem ex ore sanguinem, vnà cum spumis, & edentem supremam lugubrémque vocem. Abit agricola valdè mœsto, & perturbato animo, separátque alterum iugalem taurum, consortis interitu dolentem, neque cœptum opus peragit, sed inchoatum, rude, ac imperfectum relinquit. Animum huiusce tauri superstitis, sociúmque demortuum deplorantis, nihil movere potest. Nullis quantumlibet amœnis, vmbraculis capitur: nullis agris, quantumlibet vernantibus, atque redolentibus, delectatur. Nullus per saxa cadens riuus (etiamsi sit electro, metallo defæcatissimo, purior) hunc in sui desiderium iucundo sono, ac murmure, poterit illicere. Quinimo inferiora eius latera labascunt, & intercidunt. Oculi stupent, hebetésque fiunt ex vertigine versati cerebri. Ceruix denique more fluminis, depresso pondere capitis, in terram volutur. Quid prodest corporis exercitatio? Quid conducunt illius in homines beneficia? Quid illis confert laboribus suis aluisse mortales? Omninò, nihil horum mortem repellere potuit. Verum enimuerò quæ tria solent maximè hominibus pestem inferre, ea nihil tauris detrimenti adferunt. Non enim vlla vel ingluuie, & varietate ciborum, vel ebrietate laborant, atque crapula. Nam cùm solis vescantur frondibus arborum, & simplicibus herbis, fieri non potest vt ex alimentorum aut nimietate, aut mutatione morbum contrahant. Cumque aquas non stagnales, sed profluentes, non digestionem impedientes, sed salutares bibant, non est cur immodico, aut noxio potu læsi esse dicantur. Postremò, cùm ex multa cura vigiliæ procreentur, his nihil tale accidit. Dormiunt enim securè, nec sollicitudinibus vllis conturbari, & è somno excita-

Taurus fortis hac peste correptus citò moritur.

Mira sympathia inter tauros coniugales.

1

2

3

ri solebat. Eodem ipso tempore, quo generalis ista pestis sæuiebat, fama est quæsitas fuisse boues ad sacrificia, lunonis in Alpibus, nec inueniri potuisse, ita vt in trahendis ad templa curriculis, vti cogerentur syluestribus bobus indomitis, & ad eiusmodi minus oboeundum ineptis. Iámque confectis & absumptis bobus, non erat arationis iustæ relictus locus. Etenim cum deessent boues, homines ipsi rastris & ligonibus, in rimas & sulcos egerunt terras, frugésque magna cum difficultate manibus infoderunt. Demum impositio ceruicibus iugo, vice iumentorum (quæ pestis absumpserat) trahebat currus, non aliter quàm Cleobis, & Byton moriantibus iuuencis, matrem ad sacra lunonis (quòd pedibus ire non licuit) vehebant curru. Lupus non medicabatur hac tempestate insidias, non exquirebat prædam inter oues, non quasi nocturnus fur ad mactandum venit, quemadmodum solitus est facere dum valuit. Domabatur enim cura pestilentiæ, & impendentis mortis. Quo tempore furebat pestis, nullum erat feris inter se periculum. Cerui, ac damæ timoris, canes ferocitatis obliuiscebantur. Piscium corpora, tanquam post naufragium proiecta, fluctus ad littora protolunt: quorum ea est natura, vt alius alium propellat, & secum ferat, donec ad extremum vsque marginem perueniat. Phocæ (quæ somno se sternere scopulis, & littoribus apricis solebant) marinam quoque pestem timentes, receperunt se in flumina. Neque solum terrestria, aut aquatilia, sed reptilia quoque pesti cedunt. Nam vipera (quæ se aliàs, & contra vim aëris, & contra occidere volentes latebris defendere solebat) immunis à pestilentia nequibat esse. Sed nec serpentes (qui ab aqua hydri, ab hac & terra chelydri, à quercubus, vbi latère solent, drymæ appellantur) tuti ab ista calamitate communi esse potuerunt, qui tamen siqua externa vim inferrent, squamas erectas satis magno sibi esse subsidio putarent. Quinetiam ipsis auibus (quæ, alarum velocitate, videbantur

Magna pecorum inopia.

Homines sine ope iuuencorum terram colebant, & currus trahebant.

Omnia mahorum [illegible]

Cerui & Damæ à peste nõ immunes.

Lues grassabatur in pisces.

Phoca.

Reptilia pesti obnoxia.

Vipera.

Serpens.

Volatilia.

banur vitiosum aërem superuolare potuisse) aura iniqua fuit, & pestifera: fecitque vt è regione nubium subitò decideret in terram.

Quid ego amplius dicam de huiusce pestis atrocitate? Non erat in medici cuiuspiam facultate, hunc vt morbum curaret. Imò arte omni plus valuit malum. Diætici cum sua præscripta ratione, & mutatione ciborum nihil egerant. Dogmatici nullum medicandi genus explorare nouerant. Empeirici quoque in adferendo remedio frustrà laborabant: etiamsi tam essent periti quàm Chyron Philyræ & Saturni filius, qui medicinam herbariam primus protulit, aut Melampus Amythaonis filius, diuinandi arte præcellens. Ita vnaquæuis medicorum secta huic vni morbo succubuit. Tisiphone furia (quæ à cæde, & vlione nomen habet) ex inferorum perpetuis tenebris superas ad auras delegata crudelitatem exercuit, secumque tulit mortem, ac metum, in diesque singulos vires maiores sumpsit. Elementa quoque ipsa pestem hanc senticbant. Nam & amnes, & ripæ, & colles ouium balatu, & mugitibus taurorum resonabant. Tisiphone (dico) passim, & non particulatim, sed agminatim prostraut corpora, in ipsisque stabulis accumulabat cadauera quæ auferri præ multitudine nequibant, donec humare & terra tegere docuit experientia, cùm scilicet intelligerent homines contagionem multam, vtilitatem nullam ex inhumatis cadaueribus & conseruatis prouenire. Etenim nihil valebant pelles ad conficiendum corium, propterea quòd morbo essent putrefactæ, ac venenatæ. Nihil profuêre carnes, vt quæ neque mucorem abluendo deponere potuerunt, neq; igni superpositæ coqui, sed putrescere solebant. Adeò semper inhærebat veneni vis. Nec sanè licebat pastoribus resecare lanam squalore, immundicia, sorde intùs insecùs imbutam, & contaminatam. Nec sine summo suo periculo, tetigêre pannum, pestilenti veneno infectum, vtpote qui tepefactus dispergebat malum, subitóque inuasit viscera

Pestis non medicabilis. Diætici. Dogmatici. Empirici.

Elementa corrupta.

corporis ad accipiendam putredinem apta, & parata. Et quidem si quis conatus fuerat indè vestes conficere contagio ipso odiosas, continuò carbunculi, sudoresque corrupti sordida & graveolentia membra occupabant, nec ita multò post corpus vniuersum ex infecto vestimento peste confectum & absumptum fuit.

Finis Libri tertij.

IN

IN P. V. MARONIS LIB. QVARTVM GEORG. Nicolai Grimoaldi *Paraphrasis.*

ARGVMENTVM.

Quæ sedes apibus, quæ tecta, quid vtile, quid non,
Quæ illecebræ, quæ pax, quid teneátque domi:
Horti, naturæ, generatio, cultus, & vsus,
Et cura, & reddi qua ratione queant.

Præfatio.

Protinus aëriis mellis cælestia dona
Exequar: hanc etiam Mæcenas aspice partem.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimósq; duces, totiusq; ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.
In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem
Numina læua sinunt, auditque vocatus Apollo.

Paraphrasis.

* Deinceps, de munere illo Deorum, melle, nostra instituetur oratio, siue id ex rore ab aëre defluente colligatur, siue apum arte, & industria elaboretur. Tu autem (Mæcenas humanissime) sicut superiores libros, de solo cultu, & consito, & pascuo, benignè attendisti: ita in præsente parte operis, quæ iam restat de agro florido, te candidu, facilémq; præbeas. Audies,

de exiguis animalculis quæ digna stupore profecto

Descriptio naturæ apum.

Admirabere profectò reges apum,
Qui animas in vulnere linquunt.
Vniuersio apicularum generi
Placuisse illum mirabere morem,
Quòd non concubitu indulgent:
Quódque
Rege incolumi, mens omnibus vna est.
Tibi maximam admirationem mouebunt earum studia: quia
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Erit etiam admiratio nonnulla in ipsa plebe, & vulgo apum, quoniam
Vt binæ regum facies, ita corpora gentis.
Neque poterit non admirabile videri, tantam iram ineſſe in tam puſillis corporibus, vt grauia ſæpenumerò prælia committant. Etenim
Erumpunt portis, concurritur, æthere in alto:
Fit ſonitus, magnum miſtæ glomerantur in orbem.

Admirabilia multa in apibus.

Item alia multa (quæ nunc non eſt narrandi locus) admirabilitatem magnam facient. In re quidem exigua, & parua, fateor me hanc operam, induſtriámque ponere. Sed tamen labor & contentio mea non parua laude, & commendatione penſabitur, ſi materiam humilem, & exilem extollere carminibus, & exornare potero. Id quod præſtare me poſſe reor, dummodò Dij aduerſi placabuntur, ita vt ne obſint, & Apollo Poetarum amicus, à me inuocatus adeſſe voluerit, ita vt proſit.

Narratio de loco apiarij.

Principio ſedes apibus, ſtatióque petenda,
Quò neque ſit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neq; ones hædiq; petulci
Floribus inſultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & ſurgentes atterat herbas.

Abſint

Absint & picti squalentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, meropésq; aliæq; volucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
Omnia nam late vastant, ipsásq; volantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna virentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina rivus:
Palmæq; vestibulum, aut ingens oleaster obumbret,
Vt cùm prima noui ducent examina reges
Vere suo, ludétque fauis emissa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiáque hospitijs teneat frondentibus arbos.
In medium, seu stabit iners, seu profluet humor,
Transuersas salices, & grandia conjice saxa,
Pontibus vt crebris possint consistere, & alas
Pandere ad æstivum solem, si fortè morantes
Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit Eu-
Hæc circum casia virides & olentia latè (rus.
Serpilla, & grauiter spirantis copia thymbræ
Floreat, irriguúmque bibant violaria fontem.
Ipsa autem, seu corticibus tibi suta canatis,
Seu lento fuerint aluearia vimine texta,
Angustos habeant aditus: nam frigore mella
Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.
Vtraq; vis apibus pariter metuenda, neque illæ
Nequidquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt fucóque, & floribus oras
Explent, collectúmque hac ipsa ad munera glutē
Et visco, & Phrygia seruant pice lentius Ida.
Sæpe etiam, effossis (si vera est fama) latebris,
Sub terra fodere larem, penitúsque reperta

Pumi-

Pumicibúsque cauis, exesa arboris antrò,
Tutamen & laui rimosa cubilia limo (dei.
Unge, fouens circum, & raras super injice fron-
Nec propius tectis taxum sine, nec rubentis
Ure foco cancros, alta nec crede paludi:
Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi concaua pulsu
Echo. *Saxa sonant, vocísque offensa resultat imago.*
Quod supereſt, vbi pulsam hyemem sol aureus
Subterras, calúmque astiua luce reclusit, (ego
Ille continuò saltus, siluásque peragrant,
Purpureósque metunt flores, & flumina libant
Summa leues: hinc nescio qua dulcedine læta
Progeniem, nidósque fouent, hinc arte recentes
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt:
Hinc, vbi iam emissum caueis ad sydera cœli
Nare per astatem liquidam suspexeris agmen,
Obscurámque trahi vento mirabere nubem,
Contemplator, aquas dulces, & frondea semper
Tecta petunt: huc tu inssos asperge sapores,
Trita melissophylla, & cerynthæ ignobile gramen:
Tinnitúsque cie, & matris quate cymbala cir-
Ipsæ consident medicatis sedibus, ipsæ (cùm.
Intima more suo sese in cunabula condent.
Sin autem ad pugnam exierint, (nã sæpe duobus
Pugna. *Regibus incessit magno discordia motu)*
Continuóq; animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longè præscisse: namq; morantes
Martius ille aeris rauci canor increpat, & vox
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepidæ inter se coeunt, pennísq; coruscant,
Spiculáque exacuunt rostris, aptantq; lacertis:

Et circa regem, atque ipsa ad prætoria densa
Miscentur, magnisq; vocant clamoribus hostē.
Ergo, vbi ver nactæ sudum, camposq; patentes,
Erumpunt portis, concurritur: æthere in alto
Fit sonitus, magnum mistæ glomerantur in orbē,
Præcipitésque cadunt, non densior aëre grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Ipsi per medias acies, insignibus alis,
Ingentes animos angusto in pectore versant.
Vsq; adeò obnixi non cedere, dum grauis aut hos,
Aut hos versa fuga victor dare terga cogit.
His motus animorum, atq; hæc certamina tanta,
Pulueris exigui iactu compressa quiescent.
Verùm, vbi ductores acie reuocaueris ambos,
Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.
Alter erit maculis auro squalentibus ardens,
(Nam duo sunt genera) hic melior, insignis & o-
Et vtilis clarus squamis, ille horridus alter (re,
Desidia, latámque trahens inglorius aluum.
Vtbina regum facies, ita corpora gentis.
Namque alia turpes horrēt, ceu puluere ab alto
Cùm venit, & terram sicco spuit ore viator
Aridus, alia nitent, & fulgore coruscant
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Hæc potior soboles: hinc cælo tempore certo
Dulcia mella premes, nectantùm dulcia, quantū
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.
At cùm incerta volant, cælóq; examina ludunt,
Contemnunt q; fauos, & frigida tecta relinquunt,
Instabiles animos ludo prohibebis inani.

Nec

Nec magnus prohibere labor. Tu regibus alas
Eripe, non illis qui quam cunctantibus altum
Ire iter, aut castris audebit vellere signa.
Inuitent croceis halantes floribus horti,
Et custos furum, atq; auium cum falce saligus
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.
Ipse thymum, pinosque ferens de montibus alti,
Tecta serat late circum, cui talia cura:
Ipse labore manum duro terat, ipse feraci
Figat humo plantas, & amicos irriget imbri.

Paraphrasis.

1. Præceptum de loco apiarij.

[a] Sit hoc primum præceptum, vt apum in gratiam, prouideant agricolæ locum, vbi vel ad tempus maneant, vel diutius commorentur. Ex quo procul abesse debent ea, quæ ipsis nocitura esse videantur.

Quæ alueariis sunt nociua.

Non oportebit alueraria ponere eo loco, vbi vehementiora, & asperiora venti flamina solent incidere, quibus agitari atque turbari solent apes, ita vt reuolare in alueos, onustæ collecto cibo, non queant.

Oues & hœdi.

Nec tibi locus erit apiario, vbi versantur pecudes. Oues enim, & hœdi, & id genus aliæ bestiæ, magna cum lascivia, ac petulantia, in flores frequenter insilire & irruere solent.

Iumenta.

Conuenient etiam defendere, & arcere iumenta, vt vaccam, & huiusmodi animalia, ne deijciendo rem ex folijs, faciendi mellis modum auferant, neue crescentes herbas cum floribus destruendo nihil relinquant ad fingendos fauos.

Lacerti.

Auertendi sunt & retinendi à plenis, & melle abundantibus aluearibus lacerti (picta qui habent terga, & squalentia) omnesq; serpentes.

Serpentes. Aues. Meropes. Hirundo.

Nec admittendæ sunt aues, sed absterrendæ, vt meropes (quæ quoniam apes comedunt, appellantur apiastræ:) vt hirundo (quæ priusquam in suem conuerteretur, se sanguine filij, quem pater epulandi

appositu-

appellerat, cruentauit, adeóque in pectore cruentarum signa macularum etiam nunc retinet) vt alię permultæ volucres. Etenim omnia depopulantur illæ, omnia dicipiunt, omnibus vastitatem inferunt, apésq; volitantes (vt qui earum morte nutriuntur) deglutiunt. Verùm, vt hæc quinq; genera rerum euitare oportet: ita quatuor sunt, quæ magnoperè in apiario requiruntur. Primum, aqua fontana pura, vehementer oblectat apes, aut stagna muscosa, aut non altiùs assurgens tribus digitis, riuulus. Deinde, ante ipsos ingressus, & introitus aluearium, arborum existat frequentia, siue illæ sint palmæ ramis oblongis prędiæ, siue oleastri, propter altitudinem, spissitudinemq; valdè amplæ, atque magnæ, quo scilicet vere circiter Virgiliarum exortum, gratissimo, & aptissimo sibi tempore, euolantibus examinibus, præeunte rege, sequente multitudine ardentis æstum Syrij possint, aquarum vicinitate, vel euitare, vel temperare: ita vt amœnitate riparum alliciantur ad exeundum, & vt reuertentes excipiant arbores umbris periucundis, ne suas mutare sedes velint. In aqua insuper (siue ea in stabilitate posita, siue profluens fuerit) ex salicibus, & saxis in medium coniectis, vtile est quosdam veluti ponticulas facere, vt in his consistere, & alas exiccare possint apes, si quandò à vento turbulento vel dispersæ, vel aquis immersæ fuerint. His itidem in locis extare debent herbæ ad mellis confectionem accommodatæ, vt casiæ, viridi colore prædiæ, vt serpilla odore acerrimo fragrantia, vt thymbræ bene multúmq; redolentes, vt violarum varietas, & copia.

Quæ apiariis magnoperè sint necessaria.

Aqua dulcis & pura

Frequentia arborum.

Ponticula in aquis.

Herbę multi faxię.

1. Præceptum quo pacto cōficienda sint aluearia.

Quod ad alueos attinet, siue consuti sint è corticibus exuuiatis, siue fiant è vasculis vimineis, habeat oportet non lata, & hiantia foramina: ita vt pateant apibus compluribus, sed minuta & exigua, ita vt vix vnã, & alteram admittant. Per apertos enim meatus, & magnos, intraret hyemale frigus, & mella (velut in glaciem) constringeret, intraret etiam calor æstiuus, quo eadem resoluta diffluerent. Caueudum est igitur ab

Nimius calor & frigus apibus nocent.

ab exuperantia tam caloris, quàm frigoris, si nos apibus benè consultum volumus. Non abs re quæ ea co tantoperè elaborant, vt rimas (per quas introitus & exitus) obstruere queant, & obturare cera, glutino, pice quauis aut visco, tenaciore. Imò nerò tantum adhibent studium in coarctandis, claudendisque meatibus alueorum: vt nonnunquam in ipsa terra (si credendum est apes potuisse terram effodere) sibi domum aperuisse dicantur. Adeò (inquam) se muniunt, ac defendùt contra calorem, & frigus, vt in lapidibus cauis penitùs abditæ, & in arborum vetustarum foraminibus inueniri soleant. Quod illæ non sine magno, & frequenti labore perficiunt, id facilè præstabit agricola, si fissuras alueorum tenui limo expleuerit, ne caucrnæ aut sole penetrentur, aut frigore: tum etiam, si frondium addiderit ymbracula, ne forte crepet limus, aut dissoluatur.

Apes nonnunquam in rupibus nonnunquam in concauis arboribus domicilia faciunt.

3. Præceptum: de iis quæ infesta sunt apibus.

Taxus.

Odor cancrorum.

Palus.

Sterquilinium.

Cœnum palustre.

Canorus sonitus.

3 Procul remotæ ac disiunctæ sint ab apiarijs omnia, quarum ex floribus gigni mel pessimum solet. Prouidendum est, ne odor ex vsitione cancrorum ad eas perueniat. Curandum, ne nimis alta palude submergatur. Efficiendum, vt ne adsit odor sterquilinij, vel cœni palustris, quo grauissimè offenduntur, & suffocantur. Vehementi quoque sonitu perterrefiunt, atque obtunduntur. Nocet ergò cauitas rupium, aut aquæ vallis, vbi fit echo, id est, vocis imago, quæ in rupibus cauis repercussa resonat.

4. De alliciendis apibus in aluearia.

4 Quod primò faciendum fuit, vt loci, quem frequentarent apes, ratio haberetur, id præstimus. Quid iam restat? Quo tempore, sol accedens ad nostrum Tropicum, repellit à nobis hyemem, abigitque ad Antipodas (qui cùm è contraria parte terræ aduersa nobis vrgeant vestigia, brumam, quandò nos æstatem, & è contrà sentiunt) quo tempore (inquam) æstas incipit, & nouo splendore solis illustratus est aër, statim prodeunt apum examina, & per syluas, salsúsque volitant. Ibi omnes vndique flosculos carpunt, ibi gustant aquas,

Ex flosculis figurantur faui, mella, & pulli.

quibus

quibus faui, mella, pulli, figurantur. Ex floribus enim & aqua naturali, & arcano quodam inſtinctu & modo nutriunt fœtus, & fingunt fauos. Ex aquis etiam, & floribus, faciunt ceram, & mel, quod (etiamſi reſupinati, aut ſubuerſi faui ſint) non tamen funditur, aut effluit, ſed cohæret. Deindè, cùm examen apum videris, in altum aërem ex aluearibus eductum volare per ſerenum ver, haud aliter ac ſi Cæcias nubem traheret: aſpice ſedulò, & aduerte diligenter. Nunquam non ad aquas, & vmbroſas arbores confugiunt. Eo in loco, quem ſponte pepulerunt, herbarum ſuccos à rei ruſticæ præceptoribus aſſignatos adhibe: vt contuſa meliſſophylla, id eſt apiaſtra & incelebre gramen Cerinthæ. Excitato crepitu, pelúmque pulſato, inſtrumenta ſonora matris Deorum Cybeles concutito. Apes, aura ſerena priùs euocatæ, redibunt iam, ſedémque capiunt in herbis, ſuaui odore, dulcíque ſapore prædítis. Apes terrefactæ ſonitu, naturali quadam ratione, recipiunt ſe in cellas intimas.

Ex aquis & floribus componitur cera.

5. Præceptum de componendis apum domicilis.

Verùm, ſi ad pugnandum euolauerint, (quippè duos ſæpenumerò reges inuadit, haud ſine magno tumultu reliquarum apum, magna contentio) iam tum licebit plebeiarum animos cognoſcere, & corda pugnandi cupiditate, & alacritate inflammata, multò antè quàm ineatur prælium ſcire. Primùm auditur murmur quoddam, & ſtrepitus apum, qui (tanquam claſſici cantus, aut tubæ clangor) exprobrat eis, quę nõ ſtatim proruunt, ſed manẽt diutiùs intra cellas. Signo igitur belli dato feſtinantes concurrunt, & congreſſæ ita reſplendent alis, vt milites armis. Aculeos (veluti ſpicula, aut pila) exaſperant. Brachiola, quaſi iam ingentem impetum facturę, parant. Regem (cuius præcipuam quandã curã gerunt) magna frequentia ſtipare ſolent, atq; circa eius tabernaculũ in mediis caſtris conſtitutũ conuolare. Poſt hęc, fiduciã præ ſe ferentes, regẽ alterius factionis, & omnẽ hoſtilẽ exercitũ (veluti barritu ad pugnam prouocant. Cùm igitur ad bellũ ſæpè

Præſagia pugnæ futuræ inter apes.

fæpè prodire ſoleant apes, adepta oportunitate temporis, & loci, non expectant donec educantur, ſi ſponte prorumpunt ex alueis. Vtrinque fit concurſus. Audiſtur è ſublimi pugnantium ſtrepitus. Acies globoſa, in oui ſimilitudinem ita conuoluitur, vt cerni rex non queat. Mutuis vulneribus interemptæ, poſt conflictum cadunt. Imò non pluit aëre denſior grando, nec tantùm glandis de ilice concuſſa cadit, quanta ruina ex apum, huiuſmodi conflictu decertantium. Ipſi ductores, ac reges in acie media conſpicui, & ſplendidi, eiſque in corpore maximos animos gerunt. Ita contendunt vt non anteà locum dare velint, quàm victi multùm & grauiter vrgens, alios fugauerit. Hæc omnis indignatio, & rabies qua incenduntur, & exardeſcunt, hæc omnis contentio & dimicatio, qua tamperè decertant apes, iniectione puluiſculi ſedabuntur. Nam cùm vident puluerem, à tempeſtate aut imbri aut grandinis, vehementer ſibi timent. Sed poſteaquàm vtrumq; belli principem ex pugna reuocauerit, cum qui non mella conficit, ſed conſumit, & author eſt diſcordiæ occidito, ne tum ſuæ reipublicæ, tum ſuæ ipſius ſuauitati noceat. Vno enim rege ſemel amiſſo, euidenter citò diſſipabitur exercitus. Præſtantiorem autem elige, eúmque permitte in regia dominari, hoſte ſuo & peiore duce iam neci tradito. Omninò, duo ſunt regum genera. Præſtantior aureis maculis ardebit, atque aſpectu ipſo perinſignis, reſplendebitque propter aureas notas, non aliter quàm ſquamæ in piſcibus micant. Deterior verò eſt horridus & piloſus, ignauus, & prodigus, obeſo, & oblongo ventre deformis. Quemadmodum duæ figuræ regum, ita duæ ſunt reliquarum apum formæ. Deteriores illæ horrent, & (ſicut viator per terram puluerulentam gradiens) puluerem expuunt. Meliores quæ ſunt, fulgent, & habent aureis maculis illita, & diſtincta corpora. Hoc genus apum plus valet in melle procreando. Ex hijs (cum oriuntur Pleiades, & occidunt, id eſt, vere & autumno) collige mella defæcata, & ad aſperitatem vini temperandam,

Exercitus apũ.

Strages magna inter apes pugnantes.

Ratio qua ſedatur hæc rabies.

Amiſſo rege citò diſſipabitur exercitus.

Præſtantiorũ & deteriorum apum notæ.

dum, & ad mulsum conficiendum vtilis.

6. Præceptum de ratione cõtinendarum apum intra alueos.

¶ At cum apes non solum eductæ, aut euocatæ ad pugnam, sed etiam vltrò citróque vagantes ad ludum, alueos deserunt, & tecta melle vacua relinquunt, vagos & inconstantes animos manuè prohibeas ab inani vagandi licentia. Quod ipsum non ita magna difficultate per fieri potest. Nimirum alas præcipito regibus. His enim domi manentibus cunctantur & cæteræ apes, nec audent aut ludendo per aëra volitare, aut quóquam ad pugnam egredi. Ad commorandum afectantur florum tam coloribus, quàm odoribus suauissimis, & iucundissimis. Omninóq; tales tibi sint horti, vt mereantur custodem habere Deum, cuiusmodi statuitur à Poetis ad aues abigendas, & arcendos fures, Priapus in Lampsaco Hellesponti vrbe, à Baccho & Venere oriundus. Aut certè si horti non adfuerint, diligens agrorum cultor ad alueos eos feret, quæ maximè ad mellificationem conducere videbuntur. Nam qui ceræ, mellisque copiam ex apibus & sperat, & cupit, thymum herbam illis gratissimam, & pinos è montibus (vbi potissimùm crescunt) ad aluearia traducent. Nihil agricultore bono laboriosius, aut magis exercitum esse conuenit. Herbas oportebit eum plantare dulces, atque redolentes. Aquas debebit infundere salutares. Denique nihil omittere quod ad hortense decus pertinere videatur.

Alis regibus præcepis cæteræ apes domi manebunt.

Colore florum & odore suauiter delectantur.

Priapus custos hortorum.

Digressio, de hortorum cultu & necessitate.

*Atq; equidem, extremo ni iam sub fine laborũ
Vela traham, & terris festinũ aduertere proram,
Forsitan, & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem, biferíque rosaria Pæsti.
Quóque modo potis gauderent intyba riuis,
Et virides apio ripæ, totúsque per herbam*

Allegat.

Plaut.

L. Crescen-

Crescéret in uentrē cucumis, nec serā comēdam
Narcissum, aut flores tenuissem uimen acanthi,
Pallentésq; hederas, & amantes littora myrtos.
Namque sub Oebalię memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galesus,
Coritium uidisse senem, cui pauca relicti
Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.
Hic rarum tamē in dumis holus, albáq; circum
Lilia, uerbenasq; premēs, uescúmque papaue,
Regum æquabat opes animis, seráque reuerten
Nocte domum, dapibus mensas onerabat inēptis.
Primus uere rosam, atq; autumno carpere poma.
Et, cùm tristis hyems etiam nunc frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum,
Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,
Æstatem increpitans seram, Zephyrósq; morā.
Ergo apibus fœtis idē, atq; examine multo
Primus abundare, & spumantia cogere pressu
Mella fauis: illi tilię atque uberrima pinus,
Quótque in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.
Ille etiam seras in uersum distulit ulmos,
Eduráq; pirum, & spinos iam pruna ferentes,
Iámq; ministrantē platanum potantibus umbrā.
Verum hæc ipse equidem spatijs exclusus iniquis
Prætereo, atq; alijs post commemoranda relinquo.
Nunc age, naturas apibus quas Iupiter ipse
Addidit, expediam, pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiáq; æra secutæ,
Dictæo cœli regem pauere sub antro.

Sola

Sole communes natos, consortia tecta (suum
Urbis habent, magnisq; agitant sub legibus æ-
Et patriam solæ, & certos nouere penates,
Venturæq; hyemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.
Namq; alias victu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris, pariq; intra septa domorum
Narcissi lachrymâ, & lentum de cortice gluten,
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras, alias spem gentis adultos
Educunt fœtus, aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas:
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Inq; vicem speculantur aquas, & nubila cæli,
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine fa-
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. (cto
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.
Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis
Cum properant, alij taurinis follibus auras
Accipiunt, redduntq;, alij stridentia tingunt
Æra lacu, gemit impositis incudibus Ætna,
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum, versantq; tenaci forcipe ferrum:
Non aliter (si parua licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor vrget habendi,
Munere quamque suo. grandæuis oppida curæ,
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.
At fessæ multa referunt se nocte minores,
Crura thymo plenæ, pascuntur & arbuta passim,
Et glaucas salices, casiamque crocumq; rubentē,
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.

Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus
Mane ruunt portis, nusquam mora, rursus easdē
Vesper vbi e pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curæ,
Fit sonitus, mussant oras & limina circum.
Post, vbi iam thalamis se composuere, silentur
In noctem, fessosque sopor suus occupat artus.
Nec verò à stabulis pluuia impellente recedunt
Longius, aut credunt cælo aduentantibus Eurū,
Sed circum tuta sub mœnibus vrbis aquantur,
Excursúsque breues tentant, & sæpè lapillos,
Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram,
Tollunt, his sese per inania nubila librant.
c Illum adeò placuisse apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem soluūt, aut fœtus nixibus edūt, (ous
Verum ipsæ foliis natos, & suauibus herbis
Ore legunt, ipsæ regem, parúmque Quirites
Sufficiunt, aulásque, & cereа regna refigunt.
Sæpè etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere, vltrò q; animam sub fasce dedere,
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergo ipsas quamuis angusti terminus ætū
Excipiat, (neq; enim plus septima ducitur æstas)
At genus immortale manet, multúsq; per annos
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.
d Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorū, aut Medus Hydaspes
Obseruant: rege incolumi, mens omnibus vna est,
Amisso, rupere fidem, constructáque mella
Diripuere ipsæ, & crates soluere fauorum.

Hic

Ille operum custos: illum admirantur, & omnes
Circumstant fremitu denso, stipántque frequentes.
Et sæpè attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchrámq; petunt per vulnera mortem.

Paraphrasis.

Digressio de hortorum cultu & necessitate.

Et quidem, nisi iam statuendus esset modus huius libris Georgicôn, nisi statim ad finem properanti vtendum esset compendio (non aliter, ac nautæ faciũt, qui, cùm propè positum conspiciunt portum, vela cõtrahunt, & nauem ad littus applicant) fortasse tum locus hic admoneret, tum res, & causſa postularet, vt de re herbaria, déque hortorum cultu, & ornatu, orationem instituerem. Sí non constituerem hanc rem, supremam huic iam libello manum addere, subiicerem adhuc in rosis primùm, quanta sit varietas, ac differentia. Aut enim à loco, nomen obtinent inter quas præcipua est Pæstana, seu Calabrenſes, quæ vno anno bis germinat: aut à folíorum multitudine quinorum ad minimum dicuntur, & ad sumum vicenorum: aut ab asperitate, lenitudine, candore, & odore nominantur: aut à cultu, syluestres vrbanæue nuncupantur. Dicerem de intybis, quàm requirant humidum solum, quaque natura prædita sint. Commemorarem herbam illam viridem, quæ apium vocatur, & quantopere palude gaudeat ac soluta terra, patefacerem. Ostenderem, quo pacto, humi rotundetur cucumis, & latum accipiat ventrem. Nec verò tacitus prætermisissem Narcissum, qui postremus omnium floret. Nec inuoluissem silentio Acanthum, spinosam quidem illam, sed molliorem tamen, & flexibilem herbam. Neque tacuissem albas hederas, nec Veneri sacras myrtos, humidis in locis prouenire solitas. Breuiter optimarum herbarum nomina, vires, patrias, descriptionesque

Rosæ vnde nomen obtinent.

Intyba.

Apium.

Cucumis.

Narcissus.

Acanthus.

Alba hedera.

Myrtus.

neſque perſequerer, ſi me inſtituti mei ratio pateretur. Digna ſanè res eſt, hortorum cultura quæ tractetur oratione quàm fusissima. Quippè quanto ſua ſui, quantumque valeant, ex eo mihi iam in mentem venit, quòd in Calabria viderim colonum quendam Tarentinum ſenem, qui è Coryco vrbe Cyliciæ non erat, cui rus erat paruum atque deſertum. Atq; id etiam ipſum, nec paſcuis propter armenta, nec ſationi aut culturæ propter greges, nec inſitioni propter vites aptum, accommodatumue fuit. Et tamen homo ille pauca tantùm olera inter dumeta horti ſui colerens, & circum olcratia ponés omni ex parte lilia, verbenacas, papauer (non lethæum, ſed eſculentum) atq; alias herbas quibus veſci poſſet, vel ditiſſimorum regum facultates, non ſplendore quidē aut poteſtate, ſed animo (qui ſolus diuites facit) æquaré viſus eſt. Denique ab opere ſub noctem domum rediens, habuit incenſi, non pecunijs, nō circumeundo, non è longinquis locis paratas delitias, ſed inemptas, in hortulo ſuo natas, & inde collectas. Nemo homo, ante eum verno tēpore carpebat roſam, nemo ante eum autūno, arborum legebat fructus. Quid quod in ipſa hyeme (quæ aſperitate gelu, & diſſilire lapides, & aquas conſtringi facit) non careat colonus ille ſua voluptate? Eo enim tēpore lecebit frondē acanthi decerpere. Sed eſtas, & ver maximas illi cōmoditates adferunt, & oblectamenta ſumma: adeò vt tardiùs aduenire has anni partes quodammodò conqueratur. Quapropter ſenex ille Coryciꝰ, vnus omnium primus, enixis apibus ſolebat abundare, & examinibus. Mella primus premendo conſtipabat. Iliæ atque pinus, quæ natura ſteriles dicuntur, illi extabant vberrimæ. Arbor quot flores primo produxerat, tot ex eis matura poma in autumno capiebat ſenex, ita vt ne vnus quidem floſculus decideret, ac periret. Idem ille (quod magnæ cuiuſdam difficultatis eſt) in ordinē tranſtulit, & in quincuncem diſpoſuit, grandes vlmos, & pirtim valdè duram, & ſpinoſam prunis fœcundos, & celebrē propter æſtus vmbras

Senex quidam Tarentinus.

Egregium exemplar frugalis Agricolæ.

Cōmoda quæ ex horto benè culto prouenient.

Primus delitias horti vnus omnium.

Diligens agricola omnibus ex locis copioſe fructum.

Cicero de ſenec.

bras plicatum, aliq; vt vrgentibus negocijs exclusus, ita metis angustijs conclusus, & breuitate carminis constrictus, rem herbariam plenius inpræsentiarum describere non possum. Quare hanc satis vberem materiam, copiosumq; dicendi campum, relinquam alijs Poetis, & hominibus doctis, in quo versare se latissimè, atq; spatiari queant.

Causa cur hoc argumentum vlterius non prosequatur.

Hactenus, quæ loca essent apibus idonea, & eisdem locis, quæ res viderentur vtiles, & quibus modis inuitari, & à communi clade vindicari, & vsq; detineri possent, declarauimus: proximo loco, quibus moribus, & agendi facultatibus imbutæ sint ab ipso rerum omnium parente, paucis aperiemus. Qua gratia, somni sequutæ cymbalorum (quæ pulsabantur à Cretensibus, ne pueri vagitus ad aures Saturni perueniret) iouem, sub antro Cretico, mulsisse dicuntur auisse. Solæ igitur apes ex omnibus animalibus habent communem sobolem, communes domos, communes leges, quibus vtuntur semper communem patriam, omnia denique communia. Adeò vt omnes ex æquo per ætatem consulant hyemi futuræ: multáque fundis operis accumulent, & accumulata in commune conferant. Sunt inter eas, quæ (tanquam agricolæ) parando victui prospiciant, quæ non tibi solis, sed omnibus victum ex agris, & hortis conchant. Sunt operariæ, quæ aluearium fundamenta iniungunt humore, & succo florum, & arborum, ac postea construunt cellas mellis retinentes. Aliæ sunt quasi nutrices, & more gallinarum incubant tenellis apibus, & adultas educando faciunt, & examen nutricatione conseruant. Aliæ sunt mellificæ, quæ cellas, fauosq; complent melle purissimo, atq; optimo. Neque verò desunt satellites quibus excubiæ circa portas sorte obtigerunt. Adsunt & augures, qui vicissim ex aquarum, & nebularum inuium, imbres, ventosq; (non aliter ac veri Astrologi) præsagiunt, ne scilicet imminente pluuia prodeant operariæ. Presto etiam sunt, quæ ab alijs abundè adductæ, ac depositæ capiant, atque conseruent. Sic enim dispertita

De apum natura, officijs, & moribus.

Iupiter apibus in antro Cretico nutritus.

Solæ apes cõmunem habẽt sobolẽ, & domos cõmunes.

Singuli officia singulis apibus constituta.

dispertita sunt officia, vt quædam stipent mella, quædam colligant. Existunt quoque milites, qui hostes à domibus abigant, maximè fures illos, & inutiles fucos, nihil agentes omninò, sed aliena tantùm absumentes. Breuiter, nunquam frigent apes, pro ignauia, aut socordia, imò frequentatur opus, & sedula suscipitur exercitatio. Adeóque mella ipsi labore collecta odorem referunt contrarium. Operæ pretium est animaduertere, quali studio, quanto ordine, quanta cum festinatione, versentur in melle faciendo. Quemadmodum enim inter Cyclopes, fulmina Ioui fabricantes quidam flatus, ac rictus moderantur corio taurino circumsepti, quidam metalla intingunt aquis, in quibus immersa stridens, & mons ille Siciliæ (vbi Vulcano dant operam Brontes, Steropes, & Pyracmon) gemitu quasi quodam resonat, & harmoniam quandam ac rythmum efficiunt ictibus fabri, ferrúmque cudunt forcipe comprehensum: ita prorsus (dummodò res minutas cum grandibus conferre liceat) naturale desiderium, & penitus insitum comparandi, & amplificandi melle instigat apes, vt vnaquæque in eo quod sibi sortita obtigit, diligenter elaboret. Quæ senio confectæ sunt, senatorio munere funguntur, nec in bella prorumpunt, sed muros tuentur domi, & fauos fingunt, & contra frigus, calorem, atque hostes, varie & artificiosè tecta ornant, & expoliunt. At iuniores adhibent corporum vires, eunt ad opera, & sub noctem pel alias volucres domum reuolant, herbarúmque flores, pedibus exceptos gerunt. Quibuscunque pascunt in locis, depascunt succos arbutorum, salicum, casiæ, croci, tiliæ, atque hyacinthi ceruleo colore pæditi. Vnum idémque tempus est omnibus, quo vel somnum, quietémque capiant, vel fungant, ad operamque se conferant. Manè, statim excurrunt ex aluearibus. Omni ex parte contendunt euolare. Atque vespertino tempore iam eas admonente, vt agros relinquant, tum domos repetunt, ac sese reficiunt

Apes semper alacres ad laborandum.

Ordo cognitus in melle faciendo.

Comparatio aptissima.

Brontes, Steropes, Pyracmon.

Seniores apes, quibus officia sunt delegata.

Iuniores quo versantur in opere.

nus. Vna quædam circumuolitans, leui quodam ſoni-
tu reliquas iubet requieſcere. Itémque gemino, aut
triplici bombo excitari ſolent. Poſteà verò quàm ſeſe
in cubilia receperunt per totam noctem, inter omnes
almam eſt ſilentium, atque ſomnus ipſis conueniens,
& apes, membra ex labore diurno defatigata tenet.
Cùm animaduerunt quaſi in nubibus pendentem
pluuiam, non ſolent ab aluearibus digredi longiùs,
ſed nimirum cauent ſibi ne obruantur. Neque nimi-
um confidunt aeri ſereno, ſi appropinquare ſenſerint
ventos turbulentos, quibus aut retardentur, aut aliò
impellantur. Sed aquatum eunt ad amnem vici-
num, benè munitum ab externis iniurijs, atque de-
ſenſum, & in huiuſmodi tempeſtate breues omninò
excurſiones faciunt, & (ſi vrget neceſſitas) aſportant
pedibus lapillos, quorum libramento, ſic per aërem
inſidiosum ventoſúmque firmantur, vt volare ſine
labeſactione queant, non aliter, quàm nauiculæ mo-
biles, fluctu huc illuc impellente arenam attollunt,
gauemq; terram, cuius pondere ſtabiles fiunt.

Silentium in nocte.

Pluuiam imminentem prę-uident apes.

A ventis ſibi timent turbulentis.

In pedibus lapillos geſtare.

Multis in rebus iam conſtat, apum naturam,
& conſuetudinem quamproximè accedere ad huma-
nas inſtituta. Quid quod nonnulla ſint, quibus lon-
gè ſuperent hominum mores? Nam quis non admi-
retur, quod neque in procreando vtantur coitu, ne
corpora reddantur infirmiora, neque diſcrucientur
partu, ſed ex herbarum, foliorúmque ſuauitatibus
colligant ſemen quaſi ac materiam, vndè naſci fœ-
tus, & incubando formari poſſint. Ipſæ quoque per
ſe nullis cuiuſquam laboribus adiutæ, regem creant,
qui non vermiculus naſcitur, ſed penniger, ciuéſque
adminiſtrant, & ſubditos, quales Romani ſub Ro-
mulo, ſeu Quirino extiterunt. Diligenter etiam ſta-
tuunt regias, & ex cera facta, & benè munita mœ-
nia. Verùm ſæpenumerò in ſaxis, & rupibus dum le-
gerunt rorem, alas triuerunt ſæpè non vllo quidem
externo pulſu, ſed vi propria, ſi eſt onere iniuſto mel-
lis, atque pabuli perierunt. Vſque adeò magna cum
indu-

§. Præcepta, de generatione apum.

Sine coitu generantur apes.

Regẽ & principem creant.

Immodico labore ſperumerò pereunt.

industria in carpendis floribus generādoq; mellificantur. Quare cum tantoperè studeant proli procreandæ, & augendo atq; ditando regno quæ tanto molitæ labores vitæ periodum accelerent, & non nisi leue, sémue annos compleant: tamé per successionem durant in perpetuum, & singulis dilabentibus, ipsa progenies non interciditur, sed tanquam nobilis familia, propagatione sobolis ad posteritatem transmittitur.

9. Præceptum, de apum obseruantia erga regem suum.

Apum præterea multitudo, tam coit regem suum, quam quæ maximè. Experti sunt Romani, quam fide, & veneratione regem prosequantur Aegyptij, Lydij, Parthi, Medi, & Indi: qui tamen omnes singulari quadam obseruantia vincuntur ab apibus. Quæ diù vnnt, vigétq; Rege, ei concordes obtemperant, & in augenda reipub. suum quæq; munus abijt, dilectus vlla præstant. Contrà, sublato rege, nulla fides reipub. est, nulla ratio concordiæ. Imò mella sub rege compacta dissipant: & à seipsis contextas fauorum suauitas dissipant. Rex enim fuit, qui autoritate pro sua, & seruare parta potuit. Regem, tanquam præstantiorem naturam colunt, atq; venerantur. Regem, quasi quodam satellitio ambiunt. Regem humeris portant, ætate fessum, aut labore fatigatum. Regis pro salute frequenter obijciunt sese bellicis periculis, adeoque mortem oppetunt honestam planè, & quam exigit ipsa pietas.

Sublato rege inuertitur rerum ordo.

Egressiuncula, de apum excellenti natura.

His quidam signis, atque hæc exempla secuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Aethereos dixere, Deum namq; ire per omnes,
Terrásq; tractusq; maris, cœlumq; profundum.
Hinc pecudes, armenta viros, genus omne ferarum
Quémq; sibi tenues nascentem arcessere vitas.

Scilicet

Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia, nec morti esse locum, sed viua volare
Sidera in numerum, atque alto succedere cœlo.
b Siquando sedem angustam, seruataq; mella
Thesauris relines, prius haustu sparsus aquæ
Ora foue, fumoq; manu prætende sequaces. (rum
Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora messis,
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias, & Oceani spretos pede reppulit amnes.
Aut eadem sedibus fugiens vbi piscibus æquor,
Tristior hybernas cœlo descendat in vndas.
Illis ira modum supra est, lesæq; venenum
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt
Affixa venis, animasque in vulnere ponunt.
Sin duram metues hyemem, parcesque futuro,
Contusosque animos, & res miserabere fractas:
At suffire thymo, cerasque recidere inanes
Quis dubitet? nam sæpe fauis ignotus adedit
Stellio, lucifugis congesta cubilia blattis,
Immundusque sedens alienæ ad pabula fucus,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis:
Aut dirum tineæ genus, aut inuisa Mineruæ
Inforibus laxas suspendit aranea casses.
Quo magis exhausta fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas,
Complebuntq; foros, & floribus horrea texent.
c Si verò (quoniam casus apibus quoque nostros
Vitæ tulit) tristi languebunt corpora morbo,
Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis:
(Continuò est ægris alius color, horrida vultum
Deformat macies, tum corpora luce carentum

Expor-

Exportant tectis, & tristia funera ducunt,
Aut illa pedibus connexa ad limina pendent,
Aut intus clausis cunctantur in aedibus omnes,
Ignauaque fame, & contracto frigore pigra,
Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrus
Frigidus vt quondam siluis immurmurat auster,
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis,
Aestuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.
Hic iam Galbaneos suadebo incendere odores,
Mellaque arundineis inferre canalibus, vltro
Hortantem, & fessas ad pabula nota vocantem.
Proderit & tusum galle admiscere saporem,
Arentésque rosas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel Pythia passos de vite racemos,
Cecropiúmq; thymum, & graue olentia centaurea.
Est etiam flos in pratis, cui nomen amello (ris
Fecere agricolae, facilis quaerentibus herba.
Namque vno ingentem tollit de cespite siluam,
Aureus ipse, sed in foliis, quae plurima circum
Funduntur, viola sublucet purpura nigra,
Saepè deûm nexis ornata coronis aris,
Asper in ore sapor, tonsis in vallibus illum
Pastores, & curua legunt propè flumina Meli,
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabulaque in foribus plenis appone canistris.
Sed, siquem proles subitò defecerit omnis,
Nec genus vnde nouae stirpis renouetur, habebis,
Tempus, & Arcadij memoranda inuenta magistri
Pandere, quoque modo, caesis iam saepè iuuenci,
Insincerus apes tulerit cruor, altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam.

Nam,

Nam, qua Pelleæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circumpictis vehitur sua rura phaselis,
Quáque pharetratæ vicinia Persidis urget,
Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena,
Et diversa ruens septem discurrit in ora,
Vsque coloratis amnis devexus ab Indis,
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
Exiguus primùm, atq; ipsos contractus ad vsus
Elbitur locus, hunc angustíque imbrice tecti
Parietibusq; premunt arctis, & quatuor addunt
Quatuor à ventis obliqua luce fenestras.
Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur, huic gemina nares, & spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur, plagisque perempto
Tunsa per integram solvuntur viscera pellem.
Sic positum in clauso linquunt, & ramea costis
Subijciũt fragmenta, thymum, casiasq; recentes.
Hoc geritur, zephyris primũ impellẽtibus undas,
Ante novis rubeant quàm prata coloribus, ante
Garrula quàm tignis nidum suspendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in ossibus humor
Æstuat, & visenda modis animalia miris,
Trunca pedum primo, mox & stridentia pennis
Miscentur, tenuemq; magis magis aera carpũt,
Donec, vt æstivis effusus nubibus imber,
Erupere, aut vt nervo pulsante sagitta,
Primaleæ ineunt si quando prælia Parthi.

Paraphra-

Paraphrasis.

Egressiuncula de excellenti natura apum.

* Philosophi quidam, rerumq; naturæ interpretes (pro tanius apum ingenijs, quod laborent, quòd micent, quòd prouideant pluuias, procq; tantas imbres, quòd administrandæ reipublicæ repræsentent imaginem) in hanc sententiam adducti sunt, vt existimarent Dei dono, inditam apibus esse subtilem humanæ particulam aliquam: ita vt in consilijs, & cogitationibus, à ratione non omninò abhorrent, atque etiam cœlestem quendam illis ineſſe ſpiritum, ita vt exemplo iustæ reip. virtutes insignes exercere possint. Affirmant enim Mentem diuinam per terras, per maria, per aërem infusam, implere & mouere omnia. Hoc autem è spiritu aiunt, pecudum greges & armentorum, imò vnaquæque animalia, tam rationis expertia quàm participia, sumere (dum nascuntur) & attrahere spiritalem animam. Atque cùm connexio rerum mixtarum resoluitur, siti, & remptus animi à corpore, ea rursus ad originem suam, hoc est, ad deum referri, affectarant. Itaq; nihil se deleri dicunt vt perdatur omnino, funditúsq; perire: enim istam, quæ mors vocatur, non esse mortem, quia nihil penitùs interire faciat, sed resolutionem, quia contecta quidem, & compoſita corpora tantùm in ea principia rursus abeunt, vnde emanarunt: spiritus verò cœlum petunt, vndè prius venerant.

Apes præditas esse aliqua particula humanæ subtilitatis.

Mens diuina omnia & implet & mouet.

Mors est resolutio non perditio rei.

2o. Præceptū, de colligendo melle ex castrandis alueis.

b Cùm autem aperire voles alucaria, vt indè mella eximas, ore primùm contecto aquarum haustu, tum in alueos, apésque spargens, imitabere pluuiam, & præferto etiam fumos. Hijs enim rebus territæ discedent, atq; fugient, vt impunè possis mella colligere.

Gemina fœcunditas mellis in vno anno.

Gemina est vno in anno mellis fœcunditas, gemina est (vt ità dicam) mellatio, singulis annis. Prima quidem, medio vere, cùm Pleiades septem oriuntur, & velut è mari surgentes horizontem nostrum ascendunt. Altera eximendorū fauorum opportunitas

est

est in autumno, cum eadem Vergiliæ, quasi timentes exortum Nouum petunt occasum. In iracundo mo- dum excedunt apes, & si ostendantur, cuti tumorem inflant, & aculeos relinquunt in venis aduersariorum bestes, quique vix propter paruitatem videri queant, adeoque animam agunt in vulnere à se illato, & suo denique cum interitu sæuire solent. Verum, si me- nues longam hyemem, qua nihil conficitur mellis, sed absumitur tantummodò, prouidebisq; ne apes iã perturbatæ propter alueos castratos, & collisum opus mellarium vel copia reddantur ignauæ, si subuenire (inquam) voles afflictis apibus, duplici remedio suc- currendum est, suffitu scilicet thymi, ad fugandas ini- mica animalia, aut (si nihil relictum in alueatibus fuerit) ministrando ceras minutatim incisas. Ac fu- mo quidem repelluntur hostes, cuiusmodi Stellio est, vermiculus forma lacertæ aureis veluti stellulis insignitus, qui quamuis obscurus latens, & ignobi- lis existat, tamen consumit fauos. A blattis quoque per noctem vagantibus, exeduntur aluei, ex herbis, floribusque constructi. Fucus etiam erodit ceras, & ni- hil aliud quàm aliena (vt dicitur) quadrà victitat, immunis omninò, & (vt Græci loquuntur) ἀσύμφωνος Laborum fieri se participem recusat, ventre tantum indulget. Crabro insuper immanis, ac rigidus, inequa- bili consilio, insinuare se in aluearia solet, quia quod struunt apes destruit. Irrepit & execrabilis illa Tinea, quæ perpetuò carpit, rodit, edit, absumitq; fauos. A- rachne prætereà, Palladi (Propter æmulationem in arte texendi) odiohabita, obest apibus sua tela, quam ea laxitate suspendit præ alueis, vt implicentur apes, & irretiantur. Ceræ autem si fuerint recisæ, quæ sine melle fuerant, eò magis enitentur apes reficere, & in- staurare iacturam sui generis ad interritum prolabẽ- tis. Denuò conabuntur implere foramina, denuò ex foliolis florum conficient fauos.

Apes cum irascuntur nullum tenent modũ.

Remedia contrà longam hyemem.

Stellio apibus inimicus.

Blatta exedit alueos.

Crabro alueariis hostis.

Tinea fauos absumit.

Aranea apibus infesta.

11. Præceptũ, de apibus morbo affectis curandis.

At enimuerò, si morbo fortè vexentur apes (nam etũ neq; cibo nimio, neq; potu, neq; tempore vitium contra-

trahant, patiuntur tamen infirmitates, nobis ob temperantiam debitas) si apum (dico) corpuscula male sint affecta, quòd certis quibusdam signis deprehendere licebit) statim sequitur coloris deprauatio. Nam vt cùm essent integræ, & sanæ, splendebant aureis maculis: ita, deficiente, iam bonitate humorum, redduntur pallidæ. Deformem habent aspectum ex macie, quandò non rectè digerunt & acquirunt alimentum. Efferunt corpora earum, quæ perierunt, & quasi cum exequiali pompa. Aliquando etiam sic dolore differuntur, vt suis in cubibus non permaneant, sed præ languore in ipso introitu pedibus inter se complicatis pendeant. Aliquando autem non prodeunt in publicum, non egrediuntur ad opus, sed (veluti iamiam morituræ) summa otio confectæ, ac solitudine, se continent in alueis. Edunt præterea murmur magnum, & frequentissimum, cuiusmodi ex austro spirante per syluas efficitur, qui quidem ventus quinuis ad nos per flammam zonæ calidus perueniat, tamen vbi originem habet, ac principium suum, ibi frigidus est. Cuiusmodi etiam ex fluxu, & refluxu commoti & incitati maris fit stridor: Cuiusmodi demum crepitus ignis auditur in concluſa fornace ferraria. Cùm talia morborum signa videris, meo quidem consilio adhibenda erit galbani vaporatio, ad recreandos spiritus. Deinde si cupis eas vti pristina ratione vigere, infunde in alueos per fistulam ex arundine confectam mella medicata ad instaurandas vires, & corporum, & animorum. Nec erit inutile etiam admiscêre gallam contusam, quo sapidior fiat, & rosas in sole desiccatas, aut musta decocta, aut vuam passam, ex vite Pythia, quæ suauissima est, mellisque saporem refert, aut thymum talem, qualis in Hymetto Atticæ monte abundat, aut centaurea maiora. Est itidem herba quædam in pratis passim prouenens, & cuiuis quærenti obuia, quam agricolæ amellum nominauerunt. Cognosci autem manifes-

Apium sanarũ & non sanarũ signa.

Similitudo.

Remedia pro apibus morbo affectis.

Vaporatio galbani.

Mella medicata.

Galla contusa.

Rosæ desiccatæ

Musta decocta

Vua passa.

Centaurea.

Amellus.

Amelli χαρακτὴρ, seu delineatio.

stis indicijs poterit. Nam è radice vno in cespite contenta effundit multos caules. Colorem verò subrubeum habet, folia frequentia, quæ ipsa nitore quodam purpureo suffunduntur. Ex huius foliis, & floribus, serpenumerò sunt corollæ textæ ad aras Deorum exornandas. Gustanti nonnihil adfert acerbitatis. Solent hunc florem colligere pastores in locis humidis, non syluosis, sed apricis, cuiusmodi est circa Mellam Galliæ fluuium, à quo & Amellus inuenit nomen. Huiusce radices, si cum vino veteri coquantur, & pleris calathis apponantur, plurimum conducent apibus.

12. Præceptū, quo modo apes amissæ renouari & recuperari possint.

Diximus quidem de inimicis animalibus, infestisque rebus pellendis ac profligandis morbis, eaque ostendimus, quæ maximè videbantur ad conseruandam progeniem apum. Iam verò, vbi penitus extinctæ fuerint, ita vt nulla reliqua sit soboles, vndè ab interitu vindicari possint, oportet etiam commonstrare non vulgaria præcepta regis Arcadiæ doctissimi Aristæi, quemádmodum scilicet ex vitiato, corrupto, & putrefacto sanguine vituli occisi vermes creati, & ex ijs, apes productæ fuerint. Quicquid igitur ea de re ad nos attulit fama, dicam à principio, quò res tota facilè intelligi possit. Etenim vniuersa regio eorum, qui sunt in Aegypto iuxta Canopum, ab auriga Menelai nominatam, & Pellæam quoque dictam, quod non procul sit ab Alexandria, quam Pellæus, id est Macedonicus, Alexander magnus (est enim Pella Macedoniæ ciuitas) ædificauit: quique propter exundantem Nilum, aprico rigantem, & fœcunditatem habitant, quique ornatis nauiculis feruntur circum rura sua, quique vicini sunt Persis sagittarijs valdè bonis, qui demum segete, atque herbis fertiles agros, limosámque terram habent ex inundatione Nili, ab Indis nigris per septem ostia defluentis. Omnis (inquam) Aegyptiaca regio (quæ nunc est à me descripta) ponit

Aristæus.

Apes gignūtur ex putrefacto sanguine vituli occisi.

Nilus exundia.

Regio Egyptiaca hac arte fracta apes amissas recuperare solet.

nit in hac arte, quam prædico, certissimam apum reparandarum salutem. Nam cùm profluente Nilo, paluria cum apibus obruuntur, eodem recidente ad-

Ratio creandarum apum,

tuendis apibus huiusmodi opera impendi solet. Quæ apes reuocare studeant & instaurare, primùm omnium deligunt locum angustum & coarctatum, tantùmodo ad sustinendum cadauer bouis, quò citiùs putrescat sanguis. Hunc obstringunt tegulis non altè, sed modicè domus, & parietibus non latis sed contractis, ac in cella sit perspirabilis, néue si directa lux intraret, ligna ingeratur, versus quatuor mundi plagas struunt fenestras ex obliquo lumen infundentes, vt tepor, humorq; gignatur ad putredinē inducendā. Demùm hoc constituto, quærunt vitulum bimulum tenerū, sanguinis, & succi plenum. Hunc non obtruncant, sed obstructis naribus & anhelitu retento suffocant. Ille interim quibus potest modis renititur, & obuertitur. Crebris tamen verberibus cadit demum, ac dissoluuntur contusæ carnes per solidam pellem, vt sanguis non exhalet, sed ex liuore putris fiat. Hęc posteaquam fecerint, vitulum relinquunt non sub dio, sed in occluso loco, ne fiat euaporatio. Tum ramorum fœmina, & thymum, & cæsias statim carptas, & alias herbas substernunt, ne putrescat pellis. Fiunt ista ab hominibus innouandarum apum studiosis, ineunte vere, cùm nimirum flat Zephyrus, vndasq; mouat, quæ priùs in glaciem coiuerant spirante sub hyemem borea: cùm (inquam) nondum rident agri nouis coloribus florum, cum denique non adhuc in impluuio posuit hirundo nidum. Hoc ipso (inquam) tempore quod propter calorem, & humorem putredini non est ineptum, vituli sanguis in ossibus ex loco, ætate, & percussione tepefactus efferuet, atque conueniunt inter se vermiculi, qui tum verè apes dicuntur, id est, sine pedibus: pòst tam alas, quàm pedes accipiunt, & paulatim volitare nituntur. Tandem multitudo apum ex vitulino sanguine putrefacto euolat,

Tempus quo hæc sint facienda.

nos

non aliter quàm copiosa collecta materia, nix imber æstivus ab æthere, aut etiam non secùs ac impellente arcu sagittæ provolant, quando Parthi primos impetus in prælijs faciunt.

Narratio, quemadmodum Aristæus apes semel omnes amiserit, easque pòst matris ope recuperaverit.

[a] Quis deus hanc Musam, quis nobis excudit ar-(tem?
Unde nova ingressu hominum experientia cœ-
Pastor Aristæus, fugiens Peneia tempe, (pit?
Amissis (ut fama) apibus morbóque famèque,
Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,
Multa querens, atq; hac affatus voce parentem.
[b] Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius
Ima tenes, quid me præclara stirpe deorũ (pollo)
(Si modò quẽ perhibes, pater est Thymbræus A-
Invisum fatis genuisti? aut quo tibi nostri
Pulsus amor? quid me cœlum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,
Quem mihi vix frugũ & pecudũ custodia solers,
Omnia tentanti, extulerat, te matre relinquo.
Quin age, & ipsa manu felices erue sylvas,
Fer stabulis inimicũ ignem, atq; interfice messes,
Ure sata, & validam in vites molire bipennem,
Tanta mea si te cepere tædia laudis.
[c] At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit, eam circum Milesia vellera Nymphæ
Carpebant hyali saturo fucata colore,
Drymoq;, Xanthóq;, Ligeáq;, Phyllodocèque

Cesariem effusæ nitidam per candida colla,
Nesæe, Spioque, Thaliáque, Cymodocíque,
Cydippéque, & flava Lycorias, altera virgo,
Altera tum primò Lucina experta laborem:
Clióq;, & Beroe soror, Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
Atq; Ephyre, atq; Opis, atque Asia Deiope,
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martísque dolos, & dulcia furta,
Atque Chaos densos divûm numerabat amores.
Carmine quo capta, dum fusis mollia pensa
Devolvunt, iterum maternas impulit aures
Luctus Aristæi, vitreísq; sedilibus omnes
Obstupuere, sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summa flavum caput extulit unda.
Et procul, ô gemitu non frustra exterrita tanto
Cyrene soror, ipse tibi tua maxima cura
Tristis Aristæus Penei genitoris ad undam
Stat lachrymans, & te crudelem nomine dicit.
[d] Huic, percúlsa nova mentẽ formidine mater,
Duc age, duc ad nos, fas illi limina divûm
Tangere, ait, simul alta jubet discedere latè
Flumina, qua juvenis gressus inferret at illum
Curvata in montis faciem circumstetit unda,
Accepítq; sinu vasto, misítq; sub amnem. (regna,
[e] Iamq; domum mirans genitricis, & humida
Speluncísque lacus clausos, lucósque sonantes,
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magna labentia flumina terra

Spelæa-

Spectabat diuersa locis, Phasinq;, Lycúmque,
Et caput, vndè altus primùm se erumpit Enipeus,
Vnde pater Tiberinus, & vndè Aniena fluenta,
Saxosumq; sonans Hispanis, Misúsq; Caicus,
Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus: quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

Paraphrasis.

Fabula de Aristæo quomodo apes amissas recuperauerit.

Mira profectò res, & supra humanum captum, vt quis talem inueniret rationem generandarum apum, ex putrefacto vitulo. Vos igitur (quas nihil quicquam latet) Musæ, dicite, cuiúsnam studio, & industria, reperta primum hæc ars erat? Quis author fuit hominibus, vt animum inducerent huiusce rei periculum facere? Aristæus Apollinis & Cyrenes filius, iuxta Pellæum Thessaliæ fluuium arméta pascens, cùm Eurydicen vxorem Orphei vitiare voluisset, & illa fugiens è serpente fuisset occisa, cunctis suis animalibus, apibúsque Nympharum iracundia, perditis, & partim morbo, partim fame necatis, statim reliquit amœnissima loca, & ob cladem acceptam tristis ad fontem stetit è mõte Pindo scaturientem, grauem edens querimoniam, & in hunc modum habens ad matrem orationem, affectibus plenam.

Oratio Aristæi pathetica, & querelis referta, ab animo perturbato proficiscens.

Cyrene mater, mater Cyrene, quæ flumen hoc Peneum habitas, cur me Dijs ipsis tam inuisum, de eximia stirpe Deorum progignere voluisti? Dummodòis (quem tu asseris) mihi pater est Apollo ille Phrygius, in Tymbra Troadis vrbe, multò celeberrimus. Aut certè si Deorum progenies sum, nec astris aduersis, aut Dijs natus inimicis, quo tandem cessit tuus in me amor? quouscq; oblita es mei? Quare mihi cœlum promisisti? Cur me dicebas in Deorum im-

Turpe est ad diuinum honorem aspirantí, perdere humanum,

mortalium ordinem receptum iri? Cùm meri humanum honorem non possim, & eum honorem, quem ipse diligente & perita cum industria, & labore, arando, & pascendo acquisiuerim. Ita expectanti maiora, eripiuntur ea quæ proprio sudore peperi. Colum sperare iussus, sub ea matre, perdo fructus laborum meorum, sub qua potius augere oportuit, præsertim cùm sis Dea quæ possis, ac mater quæ velle debeas præstare maternum officium. Imò age si vsquedeò permittis, tu (mater) meo quę sanguine parta sunt dissipari & interimi, si libet etiam arbores melle abundantes eruito, caulis flagrantem ignem iniicito, marcescere maturas fruges, & emori facito: nouella semina comburito, vites falce putatoria incidito: si filij tui fælicitas, partaq; gloria tibi dolori est: ipsa tua manu (quam ego non inuitus exosculer) aboleto prorsus omnia. Frustrà tu mihi mater, & Apollo pater, frustrà dijs progenitus sum, frustrà me amari à te arbitror, frustrà me indigitem facere conaris, cùm vel infimi honoris in re rustica compos esse (amissis iam apibus) nequeam. Omnia igitur simul diuastare licebit tibi, si voles, vt me perditum perdas, & ex misero miserrimum reddas.

Nomina nympharum commemorat earũ naturam formam habitũq; denotans.

Hac oratione ab Aristæo habita, & finita, Cyrene in ima parte fluminis occupata lamentis, non vocem, sed sonitum filij conquerentis exaudiuit. Circa quam, Nymphæ Nereides carpebant preciosa vellera, tincta Hyalino, id est viuo, & viridi colore. Inprimis Drymo, à querceto nomen habens. Deindè Xantho, aut à colore flauo nominata, aut à quodam Troiæ fluuio, quem & Scamandrum appellant. Pòst Ligea, cui nomen vel aquarum fluentium sonitus indidit, vel arbor, vel herba, Græcis Ligeon dicta. Tum Phyllodoce, ab excipiendis foliis appellata. Atque hæ quidem habebant pulcherrimam comam, per alba colla diffusam. Nesæa prætereà quæ à nea-

Drymo,
Xantho,
Ligea,
Phyllodoce,
Nesæa.

do, natando, aut abluendo appellationem habuit. Speio etiam ab amnis, & cauernis fluminum dicta. Thaleia quoque, à viriditate, lætitia, & festiuitate nuncupata. Cymodoce insuper, quæ sic est à recipiendis, & sedandis vndis vocata. Cydippe itidem virgo, apta equestri certamini, quæ ab equorum excellentia, & gloria nomen inuenit. Etiam Lycorias, vxor facta, cum suis lupinis moribus, quæ iam pariendi dolores senserat. Cleio (quæ laudem hominibus & celebritatem adferre solet) vna fuit. Eiusque soror Beroe, nomen retinens a-nus Epidauriæ, in quam se mutauit quondam Iuno, Semele persuasura, vt à Ioue peteret veram illius formam, qua cum vxore sua congredi soleret. Vtraque Oceani filia, vtraque ornamentis aureis redimita, vtraque cincta pellibus damarum, quæ Nebrides nominantur. Adfuit Ephyre à qua Corynthus Achaiæ ciuitas appellationem antiquitus accepit. Adfuit Opis Nympha curæ, & considerationis plena. Adfuit Asiatica illa Deiopeia, bellicosa certè, & fortis virago. Adfuit demùm Arethusa, virgo venatrix, Dianæ comes, à fonte Siculo nomen obtinens, quæ abiectis sagittis, Alpheum insequentem fugerat. Inter hasce Heroinas, vna extitit ab insigni gloria denominata, Clymene, quę solicitudine à Vulcano frustrà susceptã de coniuge custodiẽda memorabat, & quibus Martẽ catenis ligauerit, eiúsq; cũ Venere furtiuos concubitus & adulteria. Adeoq; Deorum amores, iamindè à principio mundi, recensebat crebros. Hæc dum permulcet cantu sorores, lanæ pensa volutes, Aristæi querela denuò solicitauit maternas aures. Et ipsa igitur & alias omnes, in marmoreis (quibus sedebãt per aquas) locis, occupauit stupor & admiratio. Sed nimirum ante cæteras Arethusa, velocitate valens, prospexit, caputq; flauis capillis decoratũ exeruit. Et in medio reditu, cũ adhuc multum abesset à sorculis, Euge (inquit) Cyrene, non abs re conturba-

Speio. Thaleia. Cymodoce. Cydippe. Lycorias. Cleio. Beroe. Semele. Nebrides. Ephyre. Opis. Deiopeia. Arethusa. Clymene. 13.

ra es, audito gemitu. Nam ipse quem tu plurimum diligis) Aristæus filius, valdè mœstus lachrymisque fœdatus, stat propè fluuium genitoris tui, téque nominatim, vt feram, & inhumanam, vehementer incusat.

Quomodo receptus Aristæus in thalamos maternos fuerit.

[d] Talia nunciante Arethusa, Cyrene magno, & insolito metu, mentem attonitam habens: huc (inquit) huc eum adducito. Licebit illi Deorum, Deárumque domos intrare, cùm à Dijs ipsis originem traxerit. Quæ cùm ita dixisset, ita discluſit aquas, vt ingressus Aristæus medium fluuium, sicco pede perambularet. Vnda, quasi in aceruum congesta, ad dextram ei, sinistrámque vsum præstabat muri, patuitque valde amplum, & liberum, qua sub amnem insequeretur Nymphas.

Fluuiorum ortus, in terrarum venis.

[e] Iamque admiratus ædes maternas, tam humidis in locis positas, lacúsque retentos in tam abditis terræ penetralibus, syluásque vento subterraneo resonantes, pergebat, ibique immenso aquarum impetu perterrefactus, contuebatur in terræ meatibus distinctos fluminum fontes, quæ in diuersas regiones deriuantur. Videbat quemadmodum è Meotis deferretur Phasis in Colchide: quemadmodum è stagno Artinia, Lycus defluaret inter Asiam, & Bithyniam: quemadmodum ex Othri monte scaturiret Enipæus Thessaliæ fluuius. Aspexit insuper ortum Tyberis in Italia, ex Apennino decurrentis, & Anienis caput, qui in Trebulanis ortus iugis Tiburtinos alluit. Cernebat vndè mearet Hypanis Ponti fluuius, qui raucum murmur per saxa ciet, vndè Caycus veniret per Mysiam labens, vndè Padus, diuinus Italiæ fluuius ripas habens flexuosas emanaret. Quo sanè ipso Eridano, nullus maiore cum velocitate aut impetu, se infert in mare Adriaticum, iuxta Rauennam.

Narratio,

Narratio de liberali exceptione & benigna tractatione Aristæi.

a Postquam est in thalami pendentia pumice te-
Perventum, & nati fletus cognouit inanes (cta
Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ, tonsisq; ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt
Pocula, Panchaïs adolescunt ignibus aræ,
Et mater cape Mæonij carchesia Bacchi,
Oceano libemus, ait: simul ipsa precatur
Oceanumq; patrem rerum, nymphásq; sorores,
Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruãt.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam,
Ter flammam ad summũ tecti subiecta reluxit,
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa.

b Est in Carpathio, Neptuni gurgite vates
Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus patriámque revisit
Pallenen: hunc & nympha venerantur, & ipse
Grandæuus Nereus. nouit namq; omnia vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox vẽtura trahãtur.
Quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.
Hic tibi, nate, prius vinclis capiendus, vt omnẽ
Expediat morbi causam, eventúsque secundet,
Nam sine vi non vlla dabit præcepta: neq; illum
Orando flectes vim duram, & vincula capto
Tende, doli circũ hæc demum frangẽtur inanes.
Ipsa ego te, medios cùm sol accenderit æstus,

Cùm

Cum sitiunt herbæ, & pecori iam gratior vmbra
In secreta senis ducam, quò fessus ab vndis (et
Se recipit: facilè vt somnio aggredíare iacentem.
Verùm vbi correptũ manibus, vinclísq; tenebis,
Tum variæ illudent species, atque ora ferarum.
Fiet enim subitò sus horridus, atráque tygris,
Squamosúsq; draco, & fulua cervice leæna:
Aut acrem flammæ sonitum dabit, atq; ita vin-
Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit (cla
Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,
Tanto, nate, magis contende tenacia vincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris incepto tegeret cùm lumina somno.
Hæc ait, & liquidum ambrosiæ diffudit odorem,
Quo totum nati corpus perduxit, at illi
Dulcis compositis spiranit crinibus aura,
Atq; habilis mẽbris venit vigor.

Est specus ingens
Exesi latere in montis, quo plurima vento
Cogitur, inque sinus scindit sese vnda reductos,
Deprensis olim statio tutissima nautis.
Intus se vasti Proteus tegit obice saxi.
Hic iuuenẽ in latebris auersum à lumine Ny-
Collocat, ipsa procul nebulis obscura recessit (pha
Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat cælo, & medium sol igneus orbem
Hauserat: arebant herbæ, & cana flumina siccis
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant,
Cùm Proteus consueta petens è fluctibus antra
Ibat, eum vasti circum gens humida ponti
Exultans, rorem latè dispergit amarum.
Sternunt se somno diuerso in littore phocæ:

Ipse, velut stabuli custos in montibus olim,
Vesper vbi e pastu vitulos ad tecta reducit,
Auditique lupos acuunt balatibus agni,
Considit scopulo medius, numerumque recenset.
Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas,
Vix defessa senem passus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisque iacentem
Occupat. ille sua contra non immemor artis,
Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignémq; horribilem & feram fluuiúq; liquentē.
Verùm, vbi nulla fugam reperit fallacia, victus
In sese redit, atq; hominis tandem ore locutus.
Nam quis te, iuuenum confidentissime nostrās
Iussit adire domos? quid huc petis? inquit, at ille
Scis Proteu, scis ipse, neq; est te fallere cuiquam,
Sed tu desine velle. deum præcepta secuti
Venimus huc, lapsis quæsitum oracula rebus.
Tantum effatus, ad hæc vates vi deniq; multa
Ardentes oculos intorsit lumine glauco,
Et graniter frendens sic fatis ora resoluit.
Non te nullius exercent numinis ira.

Paraphrasis.

[a] Postquã in tecta materna, suspensa saxis cauis, & correctis peruenerat, & intellexerat Cyrene filiũ ijs rebus moueri, quarum esset facilis reparatio: Nymphæ pro more cpularum manibus lauandis profundunt aquas, & ad tergendos digitos aptata hinc indè mantilia, subministrant. Alię cibis, ferculisque replent mensas, aliæ pocula iterum, atq; iterũ offerunt, antiquo mero spumantia. Aræ augentur, & incendũtur odoribus ex thure Arabico diffusis, & igne concitatis. Tum Cyrene mater, Accipito inquit (quod est Lydũ) plena pocula, faciamus Oceano mari-

Liberalis exceptio, & benigna tractatio Aristæi.

marino Deo ſacra. Quæ cùm dixiſſet, continuò in uocauit Oceanum, qui rerum pater idcircò dicitur, quoniam ſine humore naſci nihil poſſit, ſed ex eo fiat cum adhibito calore generatio. Nymphas item ſorores ſuas blandè appellat, tum Dryadas, quæ arbores, tum Naiadas ſeu Nereidas quæ flumina conſeruant. Ter iuxta numerum Pythagoricum, ignem puriſſimum fudit, poſt quod quia magis conualuit, ſiluitq; flamma, Dea ipſa non ignara boni omini, & præſente numine, ſuſceptoq; ſacrificio, alacriter ita hunc modum loquuta.

Oratio Cyrenes ad Ariſtæum.

Proteus, vates. Eius origo & natura deſcripta.

b Eſt in Carpathio pelago (cui Carpathos inſula nomen dedit) quidam Neptuni vates, nomine Proteus, quem vel ex eo agnoſcas, quòd colorem mari conſimilem habeat. Idemque dominatur in fretum, ipſumque tranat vectus à piſcibus, & curru equorum iugalium, ſed marinorum, qui prima parte pedes equinos habent, poſteriore reſoluuntur in pisces. Hic ſubindè relicta Creta, Macedoniam uiſit, quandóque etiam Pallenem adit vrbem Arcadiæ, quæ ſibi patria eſt. Et à me quidem ac ſororibus omnibus maximi fit, & ab ipſo Nereo patre Nymphārum, ſummo in precio habetur. Nihil eſt enim in vniuerſis actionibus humanis, vel eorum quæ adſint, vel quæ præterierint, vel quæ futura eſſe videantur, quod eius notionem, ſcientiamque fugiat. Et quidem, tantoperè vt excelleret, à nobiſque coleretur, placuit Neptuno qui Nymphis pro ſupremo numine eſt. Eius Paſtor eſt ille, eiúſque mandato paſcit in amne Carpathio cetos, balenas, vitulos marinos, aliáſque beſtias vaſta mole, & magnitudine præditas. Vatem hunc oportet (Fili) vinculis antea conſtringere, quàm ab eo petas quicquam, quò expeditè primùm totius mali cauſam explicet: deinde remedia dicat in apibus reddendis ſucceſſus bonos annunciet. Nihil etenim omninò, niſi coactus, docebit, neque precibus vllis mouebitur ad reddendum oraculi

Conſtringendus eſt Proteus priuſquam vaticinabitur vera.

oracula. Prehensum igitur, vsque & vsque magna vi comprimito. Hæc vbi facta fuerint, tandem frustrabuntur eius illusiones, & desinent formarum varietates. Nam vt homine in vno dum inuicem vigent libido, stultitia, ferocitas, dolus, non apparet pars illa vnica diuinitatis, id est prudentiæ, sed cum potest exprimere vires suas, cùm ista ex eo exempta fuerint (hoc est) cùm quis caruerit omnibus vitijs, ita sacerdos hic tum vaticinari valet, diuinúmque mentem suscipere, cùm religata in eo fuerint ignea cupiditas, syluestris asperitas, animique lapsus aquarum mobilitati similis. Ac ne te rerum difficultas deterreat, egomet (ne dubita) huiúsce dux itineris, huiúsque cœpti præses & author ero: téque in ipsum conclaue, vbi manet senex (sunt enim ferè omnes Dij marini senes, habentque capita spumis aquarum albentia) producam. Atque id eo tempore, quo numina maximè videri, atque aspectari ab hominibus solent, sub meridiem scilicet, quandò sol ardebit in medio cœlo, quando calore sitim adferente nobis, herbæ redduntur siccæ, quandò pecus propter æstum, confert se ad vmbracula, te (inquam) eum in locum adducam, in quem ille (si quando sacietas vndarum cœpit) sese receptat, ita vt somno compressum, nullo negotio inuadere eum possis & apprehendere. Sed tamen postquam ipsum nactus fueris, vinctúmque tenueris, variæ rerum imagines, variæque ferarum formæ tibi oculos perstringent. Namque derepentè mutabitur in suem horripilum, ac setis quibusdam rigentem. Euadet quoque sæua tygris, fiet etiam draco, tectus multis veluti squamis. Apparebit præterea, quasi læna cervice rutila. Ignis insuper ardentis induet similitudinem. Adeóque tam multis modis se transformans, elabetur cito nexibus, nisi caues, aut certè solutus vinculis tanquam in aquas conuersus putabitur. Verùm (fili) quanto magis ille se transfert

Similimodo ele-gans à variis affectibus hominis ad diuersas species Proteï.

Affectus sine iudicio obsint.

Dij marini se-nes.

Somno sopitus opprimendus est Proteus.

Diuersæ speci-es Proteï.

fert in multiplices figuras, tantò magis rōmpit ligamenta, quibus astringitur, sempérque tenentur donec reducto in pristinam formam corpore, talis videbitur, qualis tum fuit, cùm incepto somno cū adorti es. His dictis, Cyrene mater, odoriferam & fluentem ambrosiam dispergit, quo filij corpus omne imbuit perfudit. Aristæo autem ita deliburo afflauit aura fragrantissima, eiusque coma spirauit diuinum odorem, sensus omnes reficientem, ac membra reddentem vegeta, valida, & agilia.

Descriptio loci vbi manebat Proteus.

[c] Est antrum quoddam vastissimum, latissimeque patens in altera parte montis, vetustate, & aquarum impetu exhausti, & absumpti, ad quod vento impellitur aqua frequens, & impulsu reducitur in cauum, nec fluere vlterius potest. Ibidem, portus satis tutus existit nautis tempestate aliquando læsis, ac depressis. In hoc specu se abscondere, oppositio ingressu consueuit Proteus. Hoc ipso loco, Aristæum statuit Cyrene in vmbra, & obliquum ostio cauæ lumen intromittente. At ipsa recessit longius, secq; ac filium nubula (ne à vate viderentur) obduxit.

Descriptio tēporis, quo hæc facta fuerunt.

[d] Iam æstuans stella in ore Caniculæ, humida quęq; ad se rapiēs, per cœlum ibat splendore feruido, vrens, aridámque faciens Indiam versus orientem, & meridionales maximè populos. Iámque sol ardens (vt ignis) & rutilans, expleuerat dimidium diei cursum. Aestu vehementi ros exhaustus erat, & exiccatus. Radij solares consumpserant torrentes ad fundum vsque ardore suo, ita vt apparêrent aluei aquis destituti. Quo tempore discedens Proteus à freto Carpathio, contulit se ad hasce cauernas quibus affluebat. Pisces eundem omni ex parte cingentes, circumquaque sparserunt marinas, & salsas aquas. Vituli marini, circiter horas meridianas, in aprico & in terra ipsa consopiuntur arctissimo somno. Proteus demùm in eminente scopulo capescit locum inter media pecora, sibi à Neptuno commissa, eáq; numerat.

Non

Non aliter quàm è pascuis redeuntem ad stabula gregem sub vesperum sedens in monte recensèt pastor, cùm scilicet balatibus suis acriore fame irritant lupos agni.

Aggreditur Proteum Aristæus.

* Huius quamprimùm data opportunitas, capiendique facilitas Aristæo fuit, protinus in eum irruit magna edita vociferatione, & tanta cum auiditate, vt vix anteà permiserit senem inire somnum. Sed inprimis tum prostratum vinculis comprehendebat. Ille verò (tanquam præstigiator insignis) in promptu habens artem suam, qua reluctando, & obnitendo elabi se posse confisus est, nouas continuò sumebat formas rerum. Ignis, & atræ terribilisque tigridis, & aquarum speciem, ac similitudinem præ se ferebat. Sed postquam nullis potuit astutijs euadere: quòd tam constanter ab Aristæo, & pertinaciter opprimeretur, tandem superatus & coactus in suam formam reuertitur, & humana voce sic eloquutus.

Protei ad Aristæum, & Aristæi ad Proteum oratio.

* Quisnam (inquit) audacissime iuuenis, & imperterrite: quis te iussit ad nos accedere? aut quid nostra ex domo quæritas? At Aristæus, nosti tu quidem vates, ait, ipse per te qui præteritorum, præsentium, ac futurorum scius, atque gnarus, quid petam nosti. Neque verò te fallere cuiquam mortalium conceditur. Tu autem omitte iam velle me decipere tot monstris & elusionibus. Nempè sicut tum falli non potes, cùm diuinandi furore raperis, spiritúmque concipis propheticum, ita nec fallere quenquam debes, nec me frustrare qui iussu deorum, & matris potissimùm accedo, vt ex diuino consilio, atque responso perditis, & amissis rebus remedium exquiram, & obtineam. Hactenus audita iuuenis petitione, Proteus (quod intellexerat id ipsum velle Deos) tandé micantes ex animi cõmotione oculos, cũ colore cæso in pupillis, violétissimè in eũ coniecit, atq; dentibus præ iracundia insonuit, atq; hoc modo, os aperuit oracu-

oraculis pronunciandis.

Diuinatio Protei.

(phen

Magna lues cõmissa, tibi has miserabilis Or.
Haud quaquam obmeritũ pœnas, ni fata resistãt,
Suscitat, & rapta graviter pro coniuge sæuit.
Illa quidem, dum te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella,
Seruantem ripas, alta non vidit in herba.
At chorus æqualis Dryadum clamore supremo
Implerunt montes, flerunt Rhodopeiæ arces:
Altiq; Pangæa, & Rhesi mauortia tellus,
Atq; Geta, atq; Hebrus, atq; Actias Orithya.
Ipse cana solans ægrum testudine amorem,
Te dulcis coniux, te solo in littore secum,
Te veniente die, te decedente canebat,
Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, manesq; adiit, regémque tremendum,
Nescíaq; humanis precibus mansuescere corda:
At cantu commotæ Erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues, simulacraq; luce carentum,
Quàm multa in syluis auium se millia condunt, Vesper.
Vesper vbi, aut hybernus agit de mõtibus imber.
Matres, atque viri, defunctaq; corpora vita
Magnanimũm heroum, pueri innuptæq; puellæ,
Impositíque rogis iuuenes ante ora parentum.
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaq; palus inamabilis vnda

Alligat,

Aligat, & nouies Styx interfusa coerceat.
Quin ipsa stupere domus, atque intima leti
Tartara, caeruleosq; implexa crinibus angues
Eumenidas: tenuitq; inhians tria Cerberus ora,
Atque Ixionij vento rota constitit orbis.
Iamq; pedem referens, casus euaserat omnes,
Redditaq; Eurydice superas veniebat ad auras,
Pone sequens (nam hanc dederat Proserpina legem)
Cum subita incautum dementia cepit amantem, (gens)
Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes.
Restitit, Eurydicen q; suam iam luce sub ipsa
Immemor heu, victusq; animi respexit. vbi omnis
Effusus labor, atque immitis rupta tyranni (nis
Foedera, terq; fragor stagnis auditus Auernis,
Ista, quis & me, inquit, miseram, & te perdidit Orpheu?
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro (pheu,
Fata vocant, conditq; natantia lumina somnus.
Iamq; vale, feror ingenti circumdata nocte,
Invalidasq; tibi tendens (heu non tua) palmas.
Dixit, & ex oculis subito, ceu fumus in auras
Commixtus tenuis, fugit diuersa, neque illum,
Prensantem nequicquam umbras, & multa volentem
Dicere praterea vidit, nec portitor Orci (leutem
Amplius obiectam passus transire paludem.
Quid faceret? quò se, rapta bis coniuge, ferret? Ouid.
Quo fletu manes, qua numina voce moueret?
Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba.
Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Rupe sub aerea, deserti ad Strymonis vndam

Flemisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris,
Mulcentem tigres, & agentẽ carmine quercus,
Qualis populea mœrens philomela sub umbra
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Observans nido implumes detraxit, at illa
Flet noctem, ramóque sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis latè loca questibus implet.
Nulla Venus, nullique animum flexere Hymenæi,
Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque nivalem,
Arua iacq; Rhiphæis nunquam viduata pruinis
Lustrabat, raptam Eurydicen, atq; irrita Dona
Donaquerens, spreta Cyconũ quo munere matrum
Inter sacra deum, nocturnique Orgia Bacchi
Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.
Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulsum
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, Eurydicen vox ipsa & frigida lingua,
Ah miserã Eurydicen, anima fugiente, vocabat,
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.
Hæc Proteus, & se iactu dedit æquor in altum,
Quaq; dedit, spumantẽ vndam sub vertice torsit.
At non Cyrene, namq; vltro affata timentem,
Nate, licet tristes animo deponere curas. (phæ,
Hæc omnis morbi causa: hinc miserabile nym-
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misere apibus: tu munera supplex (quæ,
Tende, petens pacem, & faciles venerare Ne-
Namque dabunt veniam votis, iraq; remittent
Sed modus ornandi qui sit prius ordine dicam.

Qua-

Quatuor eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi:
Dulce, & intacta totidem cervice iuvencas.
Quatuor hic aras alta ad delubra dearum
Constitue, & sacrum iugulis demitte cruorem
Corporaque ipsa bovum frondoso desere luco.
Post, ubi nona suos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei Lethæa papavera mittes,
Et nigram mactabis ovem, lucumque revises:
Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsa,
Haud mora, continuò mœstis præcepta facessit,
Ad delubra venit, monstrata & excita ara,
Quatuor eximios præstanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem cervice iuvencas.
Post, ubi nona suos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit: lucumque revisit.
Hic verò subitum, ac dictu mirabile monstrum
Adspicit, hinc ad aram per viscera tota
Stridere apes utero, & ruptis effervere costis,
Immensasque trahi nubes, densoque volare
Agmine, & obscurare auras, & nigrescere summo
Corpore, & lentis vitem demittere ramis.

N. 2. Paraphrasis.

Paraphrasis.

Protestatio, diuinatio.

Non leuis aut humilis, sed magnus, & prægrauans Deus in te vehementer irascitur. Grauium quoque scelerum est ista persolutio. Orpheus ille, cuius commiseratione (propterea quòd vxorem, quam vnicè amabat, amisit) exercitus, & indies parat sumere mortis vltricem Tisiphonem, cui primo tales dabis, quales meritus es (nam eius causa mortis extitisti) sed te dignas tamen, nisi fortè fata prohibeant. Maximas (dico) tecum inimicitias gerat, propter vxorem Eurydicen, quam per prata fugientem persequutus volebas rapere, & violare. Iampridem quidem illa dum in te oculos retorqueret, dum te cōsiderat fugeret per flumina insequentem, cum denique vestigia properaret ad mortem, hoc vidit ate poder latentem in herba serpentem, qualem, valdè magnum, qui exercebat ripas. Tunc Dryades illæ, quæ præsunt arboribus, huic exitio, & sorores ob huius mortem moestæ summos vlulatu frementeo complexerunt, & Pròh supreme Iupiter, clamant. Pròh supreme Iupiter, occidit Eurydice, occidit Eurydice. Plectus edidere Thyasi colles. Plausit Thracia, Pangæus, Ismarus, Rhodope, Thracia. Adfuit præsens fuisse dicitur quamq; post habuit Rhesus, soluebatur in lachrymas, adeo vt neque incolæ, neque fluuius Hebrus plorare intermiserint. Denique Athenienſis illa Nympha, Orythyia, ab Aristæi filio in Thraciam rapta, maximoperè lamentata est. Ipse autem Orpheus, cytharœdus cùm esset longè peritissimus (quippe cuius concentu sistebantur flumina, inhebantur saxa, sequebantur sylvæ) amorem, quo miserè afflictus erat, tractando cytharam solatus est. Nam in littore (vbi destitutus, & sine consolatione morabatur) tum mane, tum vesperi, personabat Eurydicen, Eurydicen, & nihil aliud quàm Eurydicen.

Causa supplicii Aristæi.

Planctus nympharum propter Eurydicen occisam.

Orpheus cytharœdus peritissimus.

Orpheus

Orphei descensus ad inferos.

A Orpheus præterea Tænarum subiuit Laconiæ portum, cuius in specu descensus ad inferos esse dicitur: perrepsit ad Plutonis ianuas in profundo positas, penetrauit ad syluas perpetuis ac formidolosis tenebris obscuratas, peruenit ad animas in Tartaro manentes, & ad ipsum Orcum, & ad Dæmonas immites, atque incorrectabiles. Sed tamen qui neque precibus, nec vllis humanis artibus flecti queunt, eos vnica cythara senex Orpheus est aggressus, & inaudito quodam cœtem Musico effecit, vt de interioribus Infernorum lacebris mortuorum vmbræ excitatæ procederent. Atque ad eum tanta confluxit multitudo, quanta est auium ad nidos conuolantium, si quandò vel vesper eos, vel imber de montibus in syluas impellit. At quænam (inquies) erant vmbræ, quæ ad cytharœdum adsentabant? Fœminæ fuerunt, vxores & mariti, & corpora principum virorum vsura huius luminis carentia, & pueri, & iuuenes quorum cadauera Græci, Persæ, & Romani combusserant: deniq; aderat omne genus hominum, cuiusuis vel ætatis, vel ordinis. Hij circundati sunt cœno, & luto Cocyti fluuij, qui à luctu nomen habet, vndique tristi, & obscæna, tanquam septo aliquo vallantur. Adeóque constringuntur, ne exeant Stygia palude per circulos nouem implicata. Quinetiam ipsi Dæmones loca tenebrosa, & subterranea habitantes, fuêre (citharædi cantu) nouo quodam stupore perculsi. Stupuerunt & furiæ cum suis caralein, & anguibus inuolutis capillis: cùm plectra tangentem audirent Orpheum. Canis ille triceps, qui aliàs nunquam à latratibus ora continuit, huius auscultans cantilenæ siluit. Rota (quam Ixion natus aliquando lunonem tentare, apud inferos volvit) ad Orpheianæ lyræ sonitum conquieuit. Breuiter, omnia tormenta Tartarorum intermissa sunt, cantante Orpheo, adeò, vt Erydicen exire non prohiberet Cerberus.

Orpheus suæ harmoniæ vmbras ex Dæmonas delectabat.

Quæ vmbræ ad cytharœdū adsentabant.

Tormenta tartari ad dulcem concentum Orphei cessit.

Atque ipse iam Orpheus prodiens, ac reuer-

Reditus Orphei ab inferis cum coniuge sua.

tens ab inferis, pericula omnia superaverat, Dominas placaverat, coniugem recuperaverat. Iam, ipsa patuo intervallo maritum comitata (ita enim ab Diis vxor pacta fuerat, & eum ipsa vt sequeretur, & ad sequentem is vt ne retorqueret oculos) iam hanc lucem suscepit: cùm amoris immodica, & penetrans vis cæcum, & amentem occupauit, & vitiat Orpheum. Quæ tamen ipsa mariti erga vxorem affectio digna fuit venia. Quis enim intelligens quàm miserè cupiant amantes rem amatam aspicere, quámq; vehemens sit hæc perturbatio, non existimet huiusmodi erratum condonandum? Sed profectò Dij manes, propter eorum innatam crudelitatem nulla mouentur humanitate ad quamlibet leuem culpam remittendam. At in quo peccatum est, an quæ tenuit eum dementia? In via paululum immoratus, & oblitus pacti, & ex amoris impatientia superatus, vbi iam lucem intrare debuisset, respexit charissimam coniugem. Tum omnis Orphei labor frustratus est, & perditus. Tum, irrita cum Plutone, irrita facta sunt fœdera. Tum commisit in legem sibi datam atque præscriptam. Tum ei nulla potuit ab immani, ac sæuo Dite sperari commiseratio. Tum frequens in Orco strepitus vocum acclamantium auditus est, atque exultantium, & quia gauderent à luce relictam Eurydicen, & quia sperarent iterum audire Orphea.

Affectus amoris vehemens.

Orpheus respiciens amisit coniugem.

Eurydice ad inferna denuò reducta.

At Eurydice ad inferna se loca tralú ferniens, Quis ô quis (inquit) & me miseram, & te (Orpheu) perfudedit? Hoc non amantis, sed amentis, & furentis est. Ecce iam eò deuenimus est culpa tua, qui nihil minus, quàm hoc voluerás: vt infelicissimo, & æterno dissidio separemur. Ecce oculos morte lacrymantes. Et posthàc longùm, imò æternùm vale. Auferor abs te perpetua caligine inuoluenda. Manus in vmbrarum tenuitatem redactæ, ad te frustrà porrigo: nec tui iuris, aut in tua po-

Lamentatio Eurydices.

testate

nisse fatis, quod vtique nobis miserrimum accidit.

His dictis, in diuersas partes aëris, non aliter quàm fumus abijt, ita vt nihil apparuerit amplius. Neq; posteà videre potuit marinum suum, frustrà captantem vmbras, & conantem plura eloqui. Neq; permisit Charon bis eandem personam euocari, aut oppositam Stygem trajicere. Inter sacrum, saxúmq; stetit Orpheus, animiq; pendebat. Nam quid ageret? aut quo se conuerteret? qui semel à serpente, iterum à Diis inferis abrepram, amiserat coniugem? Ecqua cõmiseratione, ecqua voce, flectere numina vel inferna, vel supema potuisset? Illa certè iam exanguis, & mortua, Charontis in cymba, per Stygiam paludem fetebatur. Eurydice (inquam) occiderat, perierat, abierat. Hunc Poetæ dicunt per septem integros menses, dedisse se continenter lugubri lamentationi & sub alta rupe iuxta incultum, & hominum concursu carentem Thraciæ fluuium, fudisse cum assiduo gemitu, & singultu lachrymas. Hunc etiam testantur, illa (quæ de vxore dicta sunt) frigidis in cauernis exprompsisse. Hunc demùm affirmant cantus dulcedine, ac suauitate, animalia ferocissima, & frigidissimas demulsisse arbores, id est syluestres, ac duros hómines, à victu fœdo & aspero, vi orationis (quæ quouis cantu dulcior est) deterruisse, atq; ad ciuilem viuendi rationem, humanitatè mq; traduxisse. Omninoq; talem eum in ploratu, & fletu extitisse aiunt, qualis est luscinia cùm mœrore affecta, densis arborum in frondibus, voce querula deflet abreptos à viatore pullos. Is enim immitis, ac sæuus abstulerat eos à nido quò matrem ferre cibum animaduerterat, priusquam volare possent. Illa verò totas noctes flebiliter canit, eóq; ramo insidens, qui tenebat nidum, sæpè repetit ex integro carmina misera, atq; miseranda, & loca vicina vndique personare facit querelis, acerbissimum dolorẽ indicantibus. Hæc etenim auis, vna omnium scientissimè

Orpheus coniugem bis ereptam iterum recuperare nescebat.

Orphei luctus pro coniuge.

Luctus Orphei ad Luscinia querelam cõparatus.

pissimè, modulatos, ex arte Musica sonos edit, qui nunc continuo spiritu trahuntur in longum, nunc variantur inflexo, nunc distinguuntur contuso, torquentur intorto, premuntur, reuocantur. Itemque Orpheus nullo amore nullis nuptijs mouebatur, sed cum comite contulit se in Scythiam, vbi sunt Hyperborei montes, vbi Tanais est fluuius Europam ab Asia dimens, niuibúsque tectus, vbi etiam Riphæi montes, semper niue, geluque pleni existunt. Ibi multum, ac sæpè conquestus est de abrepta coniuge, déque eidem à Plutone incassum reddita. Quod quia perpetuò fecit & fœminas omnes detestatus ad [illegible] se transtulit, indignè ferentes Threiciæ mulieres, à eo se contemptas esse, Bacchi sacrificia dum nocte celebrarentur, egregium & amabilem adolescentem dilaniauerunt, ac dilaniatum per agros proiectarunt. Ita nihil apud fœminas vel cantu, vel cithara potuit, quibus saxa, feras, & ipsos Dæmonas deleniebat. Quia cùm Hebrus ex Oeagrio fluens, caput amputatum in medio iam flumine portaret: etiam tum vox ipsa, & lingua iam emortua, vocabat Eurydicen (proh dolor) instante morte, & ita vocabat vt ripa reloñarent vndequaque sæpè repetitam Eurydicen.

Orpheus solitudini se dedit coniugem abreptam continuò deflet.

Lingua emortua vocabat Eurydicen.

Conclusio orationis Proteï.

f Atque hæc quidem erat Protei vatis Oratio. Qua finita, statim in vndas deiecit sese, tanquam qui confidentem iuuenem, exposita causa malorum, ignoratione remedij punire vellet. Quaque parte insiliit, contortam in se aquam spumas excitare fecit. Verum Cyrene tamen haud effugit, licet aquatilis esset Nympha, neque filium reliquit dubium, & ancipiti cogitatione distractum. Formidantem enim, atque perterritum Aristæum, suapte sponte, sic est allocuta.

Cyrenes oratio coniolatoria.

h Videntur hæc tibi fortasse (nate) [illegible] admirabilia præter vulgarem opinionem, aut etiam contra communem naturæ cursum. Sed profectò vt in

hoc

hoc negotio, ſic & in alijs hominum ſtudijs, actionibúſque ſe res habet. Nam quid aliud eſt Proteus, niſi veritas? Cur (inquis) in antro locatur? Quia veritas in profundo demerſa iacet, & in obſcuro latet. Duce cuiuſmodi eo peruenietur? Ratione non appetitu. Id namque muneris, tua mater Cyrene præſtat. Quamobrem vates dicitur? Quia non niſi diuino ſpiritu verum percipi poteſt. Quare nominatur ſenex? Quia nihil antiquius veritate. Quid eſt quod varijs eludit figuris? Non appâret omnibus eadem, non forma ſua & propria, atque ita peperit ſummam varietatem ac diſcentionem inter Philoſophos, rerum inquirentes Cur principiò tantùm mutatur in multas formas? Quòd ſcientiæ primo inceptu ſint difficillimæ. Quare manu retinendus, & omni contentione vincendus fuit? Quoniam qui rerum præclararum cognitionem cupit, ſumma ei diligentia, omnibúſq; viribus eſt elaborandum. Cur ad extremum humanam ad figuram redijt? Quia pòſt longam & ſedulam inquiſitionem, venietur ad rectum rationis iudicium, & ſcientiæ in ſua, & nativa forma cernentur. Iam, quòd Orpheo fortè fortunà contigit, id tibi quoque in vſu vitæ confirmando debet accidere. Vt enim Eurydice uxor Orpheo, & à te deſiderata, per flores, herbáſq; pulcherrimas fugit, & à colubro abſorpta eſt: ſic mens cuiuſque cùm corpori coniungitur, & ab optimo quoque adamatur, dum terræ pulchritudinem ſequitur (hoc eſt) res corporeas, à vitio, & ſcelere (tanquam ſerpente) conficitur, & ad inferos vſque demergitur. Sed tamen, quemadmodum conceſſum eſt Orpheo coniugem ab orco reuocare ſono cytharæ, ea lege, vt ne reſpiceret, ita licebit cuiuis conuenientia quadam optimarum actionum (quæ quidem harmonia iucundiſſima eſt) virtutem, animúmque rectum à flagitiorum barathro (vt ita dicam) liberare, ſi modò non relabatur in turpitudinẽ, ac ſe perdat corruptela prauæ conſuetudinis. Nunc ergò cum exploratam habe-

Proteus eſt veritas.

Veritate nihil antiquius.

Quid per diuerſas Protei figuras intelligitur.

Cur vincendus ſit, vt ad humanam naturam redeat.

Animus terrenis affectibus obrutus ad inferos demergitur.

Cythara Orphei quid ſignificat.

as & compertam veritatis, atq; virtutis naturam, potris iam (fili) fecurus esse, & ex animo eximere omnem anxietatem, ac solicitudinem. Vniuersam occasionem cur absumpte, ac vastate apes fuerint, exposuit Proteus. Propter has offensas, quarum te authorem, & cuncta exitiisse aiunt, Nymphæ (quibuscum Eurydice solebat in syluis agere choreas) tam indignam stragem immiserunt apibus tuis. Sed agè, non ita magni momenti res est. Tantùm tu, animo summisso, ac humili, ad capiendam beneuolentiam facito sacrificia, & honore prosequitor sylueſtres deas, exorabiles quidem, & ad ignoscendum paratas. Condonabunt, ne dubita, quicquid est à te commissum, si eas ex animo precatus fueris, nec animo tibi succensebunt amplius. Caterùm, priusquam vota feceris, planissimè ostendam, qua via, & ratione tibi precandum sit. Seligito è multis quos habes in Arcadico monte, armentorũ gregibus, tauros piaculares quatuor, non morbidos, sed integros, non mutilos sed solidos, non vlceroſos, sed lyceros: totidémq; pro more sacrificij, iuuencas indomitas & quæ nondum subiêre iugum. Quibus itidem altaria victimaria quatuor statuito, iuxta deorum tẽpla, & ex eorum iugulis elicito sanguinem, Nymphis sacrum. Atq; corpora ipsa taurorum, & iuuencarum in loco aliquo tecto, & tepido (cuiusmodi reperiri in syluis frequens) relinquito. Deinde, quamprimùm nonus dies illuxerit, Orpheo sacrificia ea, quæ manibus infernis conueniunt præbeto, papauera videlicet quo & irarum, & cæterarum rerum inducatur oblitio. Ngram insuper ouem inferis gratam occidito. His peractis lucum, vbi relicti boues erant, repetito. Mactato demum vitula Eurydicen colito, eamq; sic pollicens tibi placatam fore.

Causa cur Aristæus amisit apes.

Quibus sacrificiis syluestres deæ sunt placandæ.

Sacrificia inferis debita.

Aristæus exequitur matertna monita.

Ad hunc modum, finem verbis imponente, ac discedente matre, Aristæus è vestigio accedit ad templa, Nympharum ornata statuis. Erigit (vt edoctus à matre fuerat) altaria. Quatuor adhibet valentes iuue-

hc

te Arcadis uitros, uotideq; iubencubas. Postea uerò quam prima lux aderat, infernalia sacra facit Orpheo; ipsemq; se ad hiemem in quo dereliquerat boues.

Aristæus quem ad modum apes renouauerit.

[1] Præfecto autem loco, ac tempore, ipse, & sacrificio insitarum quiddam, & admirandum oriri ex improuiso vident, apes videlicet, in putrefactis visceribus bubulis, facere strepitũ, & ex inimis partibus erumpere, estúmq; examina, in morem nubis conglobari, in arborumq; frondes coire, & (vt botris onustos racemos) sibi inuicem connexa pendere. Atque hoc quidem euenit, est ars illa, & ratio reparandarum apum inuenta primò, pòst autem, facta melior vsu, & industria.

Ars & ratio reparandarum apum.

Peroratio.

[2] *Hæc super arborum cultu, pecorúmq; canebã,*
Et super arboribus, Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello, victórq; volentes
Per populos dat iura, viámq; affectat Olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis otî:
Carmina qui lusi pastorum, audáxq; inuenta
Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Paraphrasis.

[1] Hunc igitur ad modum, Georgica descripsimus, & primo quidem libro de cultura agrorum, secundo de arbustatione sirpium, tertio quartóq; de animalium curatione diximus. Dũ Augustus ille Cæsar nobilis, & prædarus princeps, fortiter in oriẽte pugnat, strenuecq; inimicæ aduersus Armenios, dũ bellica virtute superat, sibiq; subdit hostes, dũ leges nõ inuitis, sed vltrò parẽtibus, cũ æquitate summa præscribit, dũ animũ propensum habens ad egregia facinora perpetranda viam ad diuinos honores præparat, aditumq; sternit ad perpetuas laudes, me interim nutrit educatq; peramœna, & bo-

Enumerat libros Georgicõn, & Bucolicæ cõmemorat.

Augusti Cæsaris actiones.

& bonarum artium studijs florens Pardenope. Is qua, linguarum, ac liberalium doctrinarum cognitionem adeptus, equidem versor in otio literario, qui cum Cæsaris negotio, etsi non omnino tamen aliqua ex parte conferri potest. Cùm enim Poetica facultas neque natura sit imperfectior, aut minùs nobilis ars militari, neq; requirat ingenium deterius aut prudentiæ tenuiorem tamen necesse est elucere populo maiorem & corporis, & rerum externarum, quàm animi & ingenij splendorem, atq; obscuriorem eu videri Poetarum scientiam, si quis vel vtilitatem rerum gestarum, vel dignitatem spectet imperatorum. Scripsimus enim Bucolica, & de rebus pastoritijs Aeclogas decem, stylo humili, atque deducto: scripsimus tamen, tenuili calore incensi, & incitati, cùm ageremus annum vicesimum octauum, quemadmodum scilicet Tityrus (in communi Mantuanorum calamitate, & exilio) tranquillus, ac tutus fagi sub vmbra quiesceret, carmenq; rusticum exerceret.

Studium Poetæ.

Poetica facultas licet obscurior appareat populo, imperatorum tamen rerum gestarum dignitati adequat.

Finis Libri quarti.

Errata ſic emendanda.

f. 14. l. 20. nunquam. f. 22. l. 26. mutuſ. 13. l. 48. ſcrum de ſcrutabi. f. 24. l. 1. poſſe. f. 27. l. 34. agentes. f. 30. l. 61. hodie. f. 31. l. 2. mutuum. f. 36. l. 43. alia nullo hominum noſtrum. f. 37. l. 44. nulla. f. 39. l. 48. poſſibili. f. 36. l. 48. ſolum, quàm. f. 40. l. 40. impedire. f. 57. l. 33. mutuum. f. 59. l. 66. l. 14. pugnum. f. 61. l. 63. mutuum. f. 82. l. 44. ſpiritum, &c. æquabat. Reſtituta.